Digitized by Google

7
6
15

7
8 C
13

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

62.3.18

62
E
18

62
D
15

7 b. d. 15.

Digitized by Google

J. 283.

Digitized by Google

Digitized by Google

VITA
S. ANSELMI
EPISCOPI LVCENSIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VITA
S. ANSELMI
EPISCOPI LVCENSIS
Commentarijs illuſtrata
PER *R.P.F. LVCAM VVADDINGVM ORDINIS MINOR.*
Acceſſerunt ciuſdem ſancti Viri Opuſcula.

Iniquos odio habui, & abominatus ſum. Pſal. 118.

Odiui Ecclesiam malignantiũ, et cum impijs non ſedebo. Ps. 25.

Carlo Maratti dd. — G. Valet Sculp. Ro.

Romæ, Typis Nicolai Angeli Tinaſſij. M.DC.LVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Em.mo & Reu.mo Domino

MARCO ANTONIO FRANCIOTTO S. R. E. CARDINALI

OLIM EPISCOPO LVCENSI.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

EMINENTISSIME PRINCEPS.

LVCANA Eccleſia vetuſtate nobilis, nouis incrementis inſignis, in ipſis Chriſtianæ Religionis exordijs Paulinum Antiochenum, Petri Apoſtoli diſcipulum, primum

Digitized by Google

mum ſortita magiſtrum, fidei ardorem vitæ puritati coniunctum, hæreditario quodam paternæ virtutis vſu in poſteros longa ſucceſsione transfudit. Prolixa quippe annorum ſerie in ſubſecutis Epiſcopis viſa ſunt pullulaſſe fæcundiſsima germina ſanctitatis. Peruenit demum tanti capitis virtus ad Anſelmos duos, quorum primus ad Apoſtolicam Sedem euectus, Lucanã ad mortem vſque retinuit, cui ſtatim ſuccedens ſecundus, pro vtraque Sede multa perpeſſus, longo tempore fortiſsimè dimicauit. Hic ille eſt, cuius vitam tra-

Digitized by Google

tradimus, morum probitate, doctrinæ virtute, animi robore, fidei zelo, constanti, non errabunda sanctitate distinctam. Ex illo bonorū Antistitum promptuario istum producimus in lucem, in quo perfectam Prælatorum normam, efficiendis bonis, perficiendis optimis, his sæculis exhibemus opportunā. Tales nunc Episcopi feliciter fulcirent, & propugnarent Ecclesiam tot procellis agitatam, tot iniurijs vexatam, tot concussionibus laborantem. Nos hic [exempla maiorum proponimus, quæ neq; obscuritatem afferant ad intelligendum, ne-

Ambrosius lib. 1 de offic. cap. 25.

Digitized by Google

neque ad tractandum verſutias.]
In Tuo iſta reponimus ſinu (Eminentiſſime Domine, inter Epiſcopos religioſiſsime, inter Cardinales integerrime) vt Tuis aucta virtutibus, Tuis cumulata meritis, Tuiſque dotibus aſſociata, magis magiſque reſplendeant, & ex his duobus perfectiſsimis ſimulachris, biniſque Epiſcopis Lucenſibus, ad hūc gradum promouendi rudimenta boni regiminis apprehendant, & iam promoti ampliori virtute proficiant. Vale; ex Collegio Romano FF. Min. Hibernor. Idib. Apr. 1657.

Tuæ Em. Reuerendiſs.

Humillimus & deuinctiſſimus ſeruus
Fr. Lucas Vvaddingus.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

VIRI optimi, Pontificis Maximi, Gregorij Septimi vitam admirandam, & glorioſa facinora dum auidè percurrerem, laboris comperi participem, & regiminis adminiſtrum, virum vtique magnum, Anſelmum Epiſcopum Lucenſem, huius nominis ſecundum, vita præclarum, fama quadantenus obſcurum. Ignoti nominis author geſta congeſſit; Cardinalis Baronius per aliquot annos diſpertijt; Bibliothecæ Cæſareæ Viennenſi Præfectus inter alia vetuſta monumenta publicauit. Adeo vero rara ſunt exemplaria, vt perpaucis tanti hominis ſuppetat notitia. Inopiam hanc ego copia redempturus, mecum conſtitui codices augere, ne communi virtutis iactura per angulos tantum lumen obtenebreſcat, ſed ex alto, toto ſplendore luceat omnibus, qui in domo ſunt. Res magnæ ſunt, & excelſæ, quas operatus eſt, & author anonymus opuſculo comprehendit; ſtylus, quo deſcribit, humilis, & depreſſus. Id autem vſu *venire videmus, vt ea quæ ſunt maxime pretioſa, cuncta fere vili materia integantur*. Pretioſi vniones aſpernabili admodum teſtæ innaſcuntur, pellucentes gemmas Regijs capitibus deſtinatas, aliud deſpicabile genus lapidis extrinſecus circumueſtit. Res ſacræ ſua ſtant veritate, ſuoque fulgent nitore; ornatu non indigent ſermonis, neque phaleris eloquentiæ.

Theodoret. contra Græcos l. 9. in princ.

Varia ſunt, quæ recenſentur: pia, politica: ſacra, militaria: oeconomica, monaſtica; eccleſiaſtica, ciuilia; ſolitaria, publica, ſacer quippè iſte Briareus Centimanus, omnibus omnia factus, tot dotibus inſignis. Anſelmus, omnium valuit munera complecti. Veritatem ſingulorum abunde confirmant illius temporis Scriptores, Germani præſertim, & Itali: ſed præ omni-

Digitized by Google

bus per omnia ferme concinit Domnizo, presbyter Canusinus, contemporaneus, & oculatus testis, qui rudi & impolito carmine nude & sincere cuncta descripsit in vita Comitissæ Mathildis, quæ cum rebus Anselmi multiplicem habet connexionem. De fide autem Domnizoni præstanda hæc præfatur Baronius. L. Vitam Mathildis conscripsit fideliter quidem, licet musa parum compta Domnizo, rerum inspector, qui hanc ob causam prudentum omnium iudicio maiorem sibi fidem vendicat recentioribus omnibus. Vt planè leuioris mentis indicium sit deferri magis recentioribus dicendi peritis, qui ista monumenta vetera minime comperta habentes, in obscuro positi, quidquid vel coniectura suggessit, vel ab aliquo alio proprio ingenio excogitatum inuenerint, scripserunt, his magis credentes, quam auctori, qui præsens aderat, oculis videbat, & (vt ita dicam) manibus contrectabat, quantumlibet sermone imperitus extiterit.

Baron. an. 1074.

Illud duntaxat aliqui Scriptores, Germani maximè, vitio vertunt Anselmo, quod Henricum Imperatorē vehementi odio sit insectatus, eumque perpetuum voluerit inimicum. Nulla maior Anselmi laus, quam quod se posuerit murum pro domo Domini, & constanter se opposuerit impijs conatibus Henrici, Ecclesiam Dei multifariàm opprimentis. Magnus ille Ambrosius Maximi Imperatoris exagitatus iniurijs: *Felicius* (inquit) *Episcopos persequuntur Imperatores, quam diligunt. Quanto mihi beatius Maximus minabatur? In illius odio laus erat.* Hac se laude decorari putauit Regius Psaltes, cum dixit. *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.*

Ambr. conc. in obitu Valentini post medit. Psal. 138

ELO-

Digitized by Goo

ELOGIA SEV TESTIMONIA
Clarorum virorum
DE B. ANSELMI
Doctrina, & Sanctitate.

Conradus Abbas Vrſpergenſis in Chronico ad annum 1086.

ANSELMVS Epiſcopus Lucenſis, vir litteris apprime eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus, & quod omnibus maius eſt, in Dei timore, & ſancta conuerſatione nominatiſſimus, adeo vt tam in vita, quam poſt mortem referatur miraculis clarus.

Sigebertus Gemblacenſis in chronographia ad annum 1086

ANſelmus Lucenſis Epiſcopus, Hildebrandi * Papæ cooperator indefeſſus, apud Mantuam exulans moritur, qui in Ieremiam, & in Pſalmos tractatus edidit, & doctrinam Hildebrandi libro luculento confirmauit, cuius ſanctitas miraculis confirmata eſt. * Gregor. VII.

Bertoldus Conſtantienſis eodem anno.

BEatus Anſelmus, quondam Lucenſis Epiſcopus, ipſo eodem ſuę depoſitionis anno innumerabilibus cœpit miraculis coruſcare, qui poſt obitum venerab. Papæ Gregorij VII. fideles S. Petri contra tyrannidem Henrici, adhuc in carne viuens, multum excitauit: ſed multo plus poſt obitum ſuum miraculis coruſcans

Digitized by Google

eoldem contrà eundem perſiſtere confortãuit. Vnde & pars Henrici de die in diem cœpit deficere.

Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

ANſelmus Epiſcopus Lucenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus litteris non infime doctus, Gregorij Papæ cooperator indefeſſus, & contra Guibertum, ei ſubordinatum ab Henrico, defenſor egregius, adeo vt omnia eius facta, dicta, vel ſcripta, contra Henricum Imperatorem auctoritate Iuris, & Scripturarum defenderet. Reliquit ingenij magni monumenta clariſſima, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria tranſmiſit. E quibus exſtant *In* * *Hieremiam Prophetam* lib. 1. *In Pſalterium* quoque lib. 1. *Contra Guibertum Antipapam* lib. 1. Et plures *Epiſtolæ ad diuerſos* lib. 1. Claruit ſub Henrico IV Anno Domini 1080.

* Vide in cõment. num. 79.

Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

* Vide ibid. n. 2.

SAnctus Anſelmus * Mantuanus, Epiſcopus Lucenſis ab Alexandro II. creatus, ac deinde, cum in Monaſterium ſe abdidiſſet à Gregorio VII. ad Epiſcopatum reuocatus, ſanctitate & miraculis clarus obijt anno Domini 1086.

Scripſit libros duos ex Patrum ſententijs pro Gregorij VII. decreto, & rebus geſtis contra Henricum Imperatorem, & contra Guibertum Antipapam, qui extant apud Henricum Caniſium tomo 6. antiquæ lectionis.

Scripſit quoque in *Lamentationes Hieremiæ, & in Pſalmos explicationem*, quæ duo poſteriora opera vtrum extent, ignoro. Poſt obitum innumeris miraculis floruit.

Anto-

Digitized by Google

ANselmus * Mantuanus, Lucensis Episcopus, ac deinceps amore diuinæ contemplationis, & amicis ignorantibus, monachus Cœnobij S.Benedicti in agro Mantuano, non longè post à Gregorio Papa VII. qui eius opera maxime vtebatur; coactus, ad Sedem quidem suam redijt, sed tamen habitum monasticum * sub veste Episcopali celans, in eadem etiam sepeliri voluit, anno Domini 1086. die 18. Martij. Vita eius M.S. extat in monasterio S.Benedicti Mantuano. Vide Chronicon de origine, & actis Comitissæ Mathildæ, cap.5. à Benedicto Luchino monacho Italicè scriptum, & Mantuæ editum, an.1592.

* Vide num.2.

* Vide num.26.

Scripsit aduersus Guibertum Antipapam pro Romano Pontifice * *Apologeticum Domini Papæ. In Lamentationes Hieremiæ*, non autem in Hieremiam totum, vt quidam putarunt lib.1. *In Psalmos* vsque ad illum locum *Benediximus vobis in nomine Domini*, rogatu Mathildæ Ducissæ, sed moriens * inchoatum opus reliquit.

* Vide num.78.

* Vide num.79.

Epistolarum ad diuersos, librum. Extant in Bibliotheca S.Benedicti Mantuani M.SS. sequentia opera ipsi ascripta, videlicet: Meditatio in Orationem Dominicam. Incipit: *O immensa clementia*. columnis octo in membranis prægrandibus.

Alia in eandem, cuius initium, *Possunt autem omnia supradicta aliter explicari*.

Alia in eandem. *Possumus & supradictas petitiones exponere*.

In Salutationem Angelicam meditatio. Aue Maria.

In *Salue Regina*, Meditatio maxime pia, columnis octo, hoc exordio, *Ad salutandam Beatam Virginem*, quæ quidem meditatio S.Bernardo tribuitur in editione Veneta an.1568.in 4.Tomo 2.operum eius, fol.435. at vtrum rectè, viderit cordatus lector.

Sunt

Digitized by Google

Sunt autem apud Arnoldum Vvion MSS. alij duo libelli Anſelmo aſcripti, in quorum primo agitur de Geſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti rythmice. *Deſere iam anima lectum ſoporis: languor, torpor, vanitas, excludantur foris.* In ſecundo vero, etſi de ijſdem Domini noſtri Geſtis differitur, ſacra tamen Paſſio potiſſimum explicatur. Incipit, *Ieſu Chriſti celeri miſeratione, & Mariæ Virginis interceſſione.*

Fertur & eſſe Anſelmi pia illa Oratiuncula: *Domine Deus, ſi feci, vt eſſem reus tuus.*

Ap-

Digitized by Google

Approbatio Cenſorum Religionis.

VIdam hanc S.Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, doctiſſimis commentarijs Reu.Adm. P.noſtri Fr.Lucæ Vvaddingi illuſtratam, attente perlegimus. Tantum abeſt, vt quidquam Catholicam Fidem, aut bonos mores hìc offendat, vt potiùs ingentem hinc hauſturus ſit Lector profectum,tum priſcæ cõſtantiæ, & ſeueritatis exemplo, tum inſigni pietate, & grauitate doctrinæ. Ita ſubſcripſimus in Collegio Romano S.Iſidori FFr. Minor. Hibernorum ſtrict.Obſer. Die 25.Martij 1657.

Fr.Bernardinus Barry Sac. Theolog. Lector.
Fr.Franciſcus Haroldus Sacr.Theolog.Lector.

Licentia Superioris.

COncedimus licentiam Reu. Admod. P. Fr. Lucæ Vvaddingo, vt Typis committat vitam S.Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, ſuis Commentarijs illuſtratam, adiectis etiam ſancti Pontificis Opuſculis, à viris doctis noſtri Collegij S.Iſidori in Vrbe approbatam, & commendatam. Datum in Cœnobio S.Mariæ de Ara-Cœli 23.Maij 1657.

Fr. Bartholomæus de Villalua Procurator Generalis.

Li-

Digitized by Google

LIbellum hunc de vita S. Anſelmi ſecundi, Epiſcopi Lucenſis per Admodum Reu. Patrem Fratrem Lucam Vvaddingum Commentarijs illuſtrata, & quædam eiuſdem Sancti Epiſcopi Opuſcula complectentem, ſumma animi voluptate perlegi: nihil in eo, aut orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus diſſonum reperi: at ſingulari eruditione compoſitum, mira pietate refertum, & luce publica digniſſimum, cenſeo. Actum in noſtro Conuentu Sanctæ Mariæ de Victoria. die 6. Nouembris anno 1656.

Fr. Io. Auguſtinus à Natiuitate, Carmelita diſcalceatus Prouincialis Prouinciæ Romanæ.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

M. A. Oddus Viceſgerens.

Imprimatur,
Fr. Raymundus Capiſuccus, Sacri Palatij Apoſtolici Magiſt. Ordinis Prædicatorum.

VI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E DEPOSITVM CORPORIS

COPI LVCENSIS

AE GONZAGAE, MANTVANORVM DVCIS.

LESIAE CATHEDRALIS. Pag 24

Digitized by Google

VITA B.MI ANSELMI EPISCOPI LVCENSIS.

1 DEVOTIS quorumdam precibus instanter cogimur vitam sanctissimi Patris nostri Lucensis Episcopi D. Anselmi, quam præsentes vidimus, & à pariter commorantibus fideliter accepimus, compendioso explicare labore: quæ tot certè ac tantis præclara fulsit virtutibus, vt minimè nos ad iniunctum tale negotium sufficiamus. Atqui dum venerabile desiderium illorum perpendimus, tametsi non sufficimus, vtcunque tamen quod expetunt, incipimus: quoniam fidelibus cunctis [4] fidei est firmamentum, & cornu salutis, excommunicatis autem confusio, & verecundia, detrimentum, & pernicies [5]: alijs siquidem in ruinam, alijs verò in resurrectionem.

Præfatio Authoris.

2. A pueritia qualiter vixerit, tum quia pleniter non nouimus, tum quia reticere in præsentiarum satius existimamus, prætermittimus. Studiosum tamen iam tunc in scholasticis etiam legendis libris fuisse, ipso sæpiùs referente, cognouimus. Quod & rei euidenter comprobauit effectus: quia omni arte Grammatica, & Dialectica probabiliter extitit peritus. Dum autem videretur iam idoneus, immò meritis, moribus, ac scientia dignus, vt in honorem sublimaretur

Anselmi pueritia & studia.

Dignus indicatur Episcopatu.

Digitized by Google

Epiſcopatus, mittitur à Reuerẽdiſſimo [6] Papa Alexandro ad Regem [7] Henricum tunc Imperatorẽ, dato ſibi comite religioſo Epiſcopo ſanctæ Ruffinæ, nomine [8] Magirando. Sed quia perfectè iam cœperat odiſſe [9], vt ſacri Ordines Eccleſiaſtici à Sæcularibus darentur poteſtatibus, quacunq; vel occaſione vel ratione potuit [10] abſq; dignitatis inueſtitura diſceſſit, quamquam intentione ea Dominus Papa illum direxerit. Nec mirum; qui enim operatus eſt poſteà per eum multa Deus, [11] Catholicæ illum electioni reſeruauit [12]. Rex autem quaſi deſpectum ſe doluit & Regalis Imperij tanquam magnum detrimentum deplorauit.

Inueſtiturã nõ vult ab Imperatore accipere.

3. Defuncto [13] itaque prædicto Papa Alexandro [14], dum Sanctiſſimus Gregorius in Romanum Pontificem Spiritus ſancti inſtigatione, ac voto communi Clericorum, & Laicorum [15], diu reſiſtens, eſſet electus [16], vt ſequeretur eum iſte in omnibus [17] in Lucanam Eccleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus [18], atque ab illo poſtmodum religiosè conſecratus. Igitur dum aliquanto tempore, non ſemel aut bis [19], ſed ſæpiùs cum eodem religioſiſſimo Ordinatore ſuo moraretur [20], vitam eius conſiderauit ineffabilitèr mirabilem, ac mirabiliter ineffabilem. Quia cum de omnibus, & ſingulis finibus ſæculi fieret ad eum concurſus, ritè omnibus ſatisfecit, veritas vero, & iuſtitia nunquam ori eius defuit, immò quod magis & mirandum, in ipſis ſæcularibus negotijs ſæpiùs exceſſit mente, exhilarato ſpiritu ſuo cœleſti contemplatione. Qui etſi priuatus interdum extiterit [21], reuelationibus etiam diuinis iucundatus eſt, & confortatus.

Conſecratur à Gregorio VII.

Gregorius laudatur.

4. Huius, inquam, veſtigia dum exequi feruenter deſiderat, incipit obliuiſci mundum, ac totis viribus mentis, & corporis, die, ac nocte ſuſpirare in Deum, committens ſe non ſolum aſſiduæ lectioni, verum etiam continuæ afflictioni. Et perſcrutatis diuerſarum authoritatum

Eum imitatur Anſelmus.

Digitized by Google

ritatum libris, incipit vitam ſuam perditiſſimæ damnationis exiſtimare, atque accepti miniſterij dignitatem, graue oneris periculum, non honoris gaudium cogitare. Illud vero ante omnia metuens, quod poſt catholicam electionem [23] de manu Regis annulum ſuſcepit, & paſtoralem, nam irritum prorſus exiſtimauit, quidquid operatus eſt poſteà, quaſi authoritate illius abominabilis inueſtituræ [24]; Sed & Dominus Papa id ſolum aliquando vituperauit in illo. Diſponit ergo orationis cauſa ſanctorum aliqua viſitare limina bonum eſſe, & neſcientibus, qui cum ipſo erant parentibus, ac fidelibus [25], fit ſubito monachus regulæ Sancti Benedicti, & Cluniacenſium conſuetudini ſubiectus. Qui non poſt multa à Beatiſ. Papa Gregorio inuitus reuocatur, in cuius etiam manum, quidquid à Rege acceperat, reddit, & refutat, omnisque datio regalis in eo euacuatur. Ipſe vero in plenitudinem dignitatis [26], mutato tantum habitu, reſtauratur.

Suſcepta demum à Rege inueſtitura pœnitet.

Fit Monachus, ſed reuocatur.

5. Quantæ igitur abinceps religionis fuerit, nec lingua poteſt referre, nec manus ſcribendo poteſt exponere: monachi pariter, & Canonici vitam, & ordinem conabatur explere. Conatur etiam modis omnibus, vt ſit ſeruus prudens, & fidelis, vt in meſſe Domini non inueniatur otioſus, nec abſcondat pecuniam Domini ſui; verùm vt poſſit reuertenti Domino fiducialiter occurrere, dicens: *Domine, ecce mna tua decem mnas acquiſiuit*. Fit ergo verbi Dei prædicator egregius, inſtructor religionis præcipuus. Amat clerum reuerenter, docetque ſapienter, cunctum populum inſtruit decenter; vtque breuiter concludam, *omnibus omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret*. Dioeceſim ſuam diligenter circuit, vitam omnium, præſertim Clericorum, dignoſcere gliſcit, & vt omnis Clericus ſui nominis compos exiſtat, paternè monet, multumque deſiderat. Sic enim eruditiſſimus Doctor Hieronymus vitam de-

Boni Epiſcopi partes exquiruntur.

Luc. 19

1. Cor. 22.

Hieron. ep. 2. de vita clericorũ paulo poſt principi.

Digitized by Google

ſcribens clericorum ait, *quod a ſorte Dei clericus dicitur*, ſcilicet vt abiecto mundi huius impedimento nihil præter Deum ſortiatur.

Suorum Canonicorum reformationi intendit.

6. Primò igitur Canonicos Eccleſiæ maioris in ciuitate Lucana, quæ eſt in honorem ſanctiſſimi Epiſcopi, & Confeſſoris Martini dedicata, [27] mitiſſimè aggreditur, monet, blanditur, & ſuadet, vt opere exerceant, quod nomine dicuntur, *Canonicus* enim quaſi *regularis* dicitur, vtque regularem agant vitam ſtudiosè prædicat, & precatur. Cumque diutiùs illis inſtaret, idemque frequenter inſtigaret, indignati tandem ſunt, ac temerè nimis reſponderunt: At ille, ſicut Pater pius, & manſuetus, benignè omnia ſuſcipit, *nec tamen vinci a malo vellet, ſed in bono vincere malum* ſtudet. Promittit denique [28] tamquam alter factus religioſiſſimus Epiſcopus Auguſtinus, vt vitam cum illis peragat communem. Nihil præter illos proprium, verum omnia ſimul vult cum ipſis habere communia; vult effici pauper, vt diuites illos faciat in Chriſto: omni omnino conamine, tum ſpiritualiter, tum ſæculariter nititur eos allicere.

Rom. 12

Adiutricem inuitat Mathildam.

7 Inuitat tandem ſui ſtudij adiutricem [29] Marchioniſſam D. Mathildam, moribus, ac genere nobiliſſimam, quæ ſpiritualis, & religioſiſſima in occulto, ſæcularem, aut, vt verius dicam, militarem agebat vitam in manifeſto, ſic tamen ſpiritualem habebat, ac ſæcularẽ, vt illam in Chriſto, & iſtam faceret pro Chriſto. Quæ verò ſæcularis, hæc maioris illi fuit anguſtiæ, ac laboris, ſed & multo pluris, ſpero, retributionis. Illa enim voluntatis fuit propriæ, iſta quidem obedientiæ. Si quid ergo habet ipſa ingenij, ſi quid ſapientiæ, vel conſilij, id effudit hoc in negotio hilariter. Igitur prædictos alloquitur Canonicos, tum communiter, tum ſingulariter incitat, inſtigat eos, confortat, atque ſpondet Eccleſiæ augmentum & honorem, ipſis quoq; commodum tam in futuro, quam in præſentiarum.

Pro-

Digitized by Google

Promittit etiã parentibus ipſorum diuitias & honores, quatenus vel ſic attrahere poſſit voluntates eorum. At illi ſæculo nequam excæcati reſpuunt omnia, eligunt magis aquam anguſtiæ in damnationem, quam vinum lætitiæ in ſaluationem, optant pauperes potiùs eſſe diaboli, quàm diuites Chriſti. Prædictus autem Præſul, & Paſtor diligentiſſimus nolens oues ſibi commiſſas perire, tum minis, tum blandimentis eos aggreditur, cui dum reſiſterent illi, & quantum potuerunt, contradicerent, iam tunc credo nimium, ſed inaniter fatigatus ceſſaſſet, niſi quòd [30] B. Papa Leo IX. ſub decreto anathematis ſtatuerat, vt eiuſdem Eccleſiæ Canonici vitam agerent communem, & viuerent regulariter. Cuius decreti, quoties vidit, aut recordatus eſt præceptum, expauit, nec tacere auſus fuit.

Nec tamẽ illa obtinet.

8 Accidit igitur vt [31] eandem ad ciuitatem ſanctiſſimus Papa Gregorius Septimus veniret, perlatumque eſt ad ipſum idem illud negotium, qui mox incipit paterno illos primum affectu admonere, ac dicere quoniam Romani Pontificis decreta præterire non licet. Rogat eos, & ſuadet benignè, quatenus ſaluberrimis obediant decretis, & reuerentiſſimi Patris exequantur voluntatem; nec ſemel, aut bis, ſed ſæpe, ac multum aliquando cum eodem ſancto Epiſcopo, interdum ſine ipſo, alloquitur illos, tum durè, tum blandè proferens eis ſcripturas ſanctas; & authoritates authenticas. Illi verò, etſi humiliter ſe beata quandoque monita finxerunt audire, [32] omnia tamen abſentes deprauarunt. [33] Vocantur denique ad Sedem Apoſtolicam, [34] ibique conſpiratores in proprium Epiſcopum, & inſidiatores detecti ſunt. Prolatis ergo canonibus, [35] & lecto capitulo ſancti Martyris, & Epiſcopi Fabiani, qui conſpiratores, & inſidiatores ſuorum Epiſcoporum curiæ tradendos inſtituit, iudicio totius ſanctæ Synodi, etiam ipſi curiæ traduntur. Tunc fidelis illa, & prudens

Greg. VII id ipſum intentat.

Sed fruſtra.

Condemnãtur ſemel & iterũ Canonici.

Digitized by Google

dens Marchioniſſa Mathilda, ſeruos illos appellans, in ſeruitutem curiæ vocauit eos. Quam ob cauſam triſtes præter quam credi poteſt, etiam aduerſus ipſam, quotquot potuerunt, conſpirare fecerunt. [16] Conuenerunt ergo quam plures iterum Epiſcopi apud ſanctum Gineſium, quod à ciuitate Lucana non multum diſtat, inter quos reuerentiſſimus [17] Albanenſis Epiſcopus, nomine Petrus, vicem Domini Papæ agebat.

9. Qui cum eodem Lucenſi Epiſcopo S. Anſelmo, & cum reliquis omnibus conſpiratores illos excommunicauit. Vndè inſolabiliter illi dolentes, & indignati totam ciuitatem malitiosè commouerunt, atque freti auxilio perditiſſimi hominis [18] quondam dicti Regis Henrici, religioſiſs. Epiſcopum à ciuitate repulerunt; ſed & prædictæ Dominæ rebelles penitus facti ſunt. Huius vtique conſpirationis nefariæ caput, & princeps fuit [19] quidam nomine Petrus, falſa profeſſione canonicus, ordine damnationis ſuæ Subdiaconus, mente ſuperbus, incontinens moribus, verbis procax, corpore incompoſitus, vir ſanguinum, & fomes omnium ſpurcitiarum, qui propter immenſitatem malitiæ ſuæ factus eſt ſubito contumax præco Henricianæ tyrannidis, & poſt aliqua fit etiam familiaris curiæ iniquitatis; quam iuſta quidem interpretatione à cruore dico *Cruriam*, vel potius vniuerſæ turpitudinis ſentinam.

Anſelmus vrbe expellitur

Author præcipuus ſeditionis Petrus Subdiaconus.

10. Hic denique poſt tempora non plurima [40] veniente in Tuſciam Henrico cum Hæreſiarcha Vviberto, de quo latius poſtmodum tractabimus, quoniam inſtanti videbatur opportunus inſaniæ, eo quod, nec in Deum timorem, nec reuerentiam habebat in hominem, imponitur Epiſcopus erroris eiuſdem Lucanæ ciuitatis, qui adiũctis ſibi totius terrę nequiſſimis, videlicet periuris, latronibus, fornicarijs, & adulteris, terram Eccleſiæ inuadit; caſtella, & homines, vi aut fraude, vel pretio ſibi adſciſcit: vnum ſolummodo caſtrum venerabili

Vide §. 18.

rema-

manſit Epiſcopo, quod etiam Tyrannus ille, eo quod ciuitati erat proximum, quaſi quotidie incurrens, deuaſtauit prædis, incendijs, atque homicidijs. Ille autem manſuetiſſimus omnium, omnia gaudens ſuſtinuit, paupertatem pro Chriſto optauit, qui & duobus cappellanis contentus, ac paucis ſeruientibus cum reuerendiſſima, quam diximus, matrona humilis permanſit.

11. Atqui vt vniuerſæ maledictionis tunicam aduerſarius ille indueret, demum ab hæreſiarcha Vviberto, non dico conſecratur, ſed execratur, quatenus ſimilis ſimilem in omnibus imitaretur. Nam ſicut ille Romanam inuadendo Eccleſiam commaculauit, ſuperſtite adhuc ſanctiſſimo Papa Gregorio VII. ita iſte Lucanam viuente religioſiſſimo ſuo Epiſcopo. Itaque vt Beatiſſimi Martyris Cypriani verbis vtar, nullus, vel iſte, vel ille: quia nec ſucceſſor, nec anteceſſor cuiuſque, aut ille, aut iſte; ambo parricidæ, ambo ſceleratiſſimi violatores ſuæ matris Eccleſiæ. Dum ergo expulſus ille cum Maria ſecurus deſideraret ſedere, facti ſunt Epiſcopi, & Principes penè omnes non ſolum dico inobedientes, verum omnino rebelles S. Sedi Romanæ, & inuenta eſt ſola, atque vnica Dux & Marchioniſſa Mathilda in fide permanens, zelum Dei habens, Domino Papæ Gregorio obediens; quia vt ſanctiſſimam eius vitam, & religionis cognouit ardorem, totam ſe ſuæ tradidit diſpoſitioni, ſperans ab oneribus mundi huius tali obedientia explicari. Cui è contrario in remiſſionem datur, vt quaſi altera Debora populum iudicet, militiam peragat, hæreticis, ſchiſmaticis reſiſtat.

Instruditur Epiſcopus Lucenſis.

Cypr. epiſt. 52. cap. 3.

Magna commotio in Gregorium & Mathildam.

12. Atque ne tanquam ſola deficiat, cuſtodienda commendatur præſcripto Lucenſi Epiſcopo S. Anſelmo: commendatur, inquam, omni diligentia, & affectu charitatis; commendatur à deuotiſſimo magiſtro fideliſſimo diſcipulo, ſicut in Cruce Chriſtus matrem

Hanc ille cõmendat Anſelmo.

Vir-

Digitized by Google

Virginem Virgini diſcipulo commendauit. *Mater*, inquiens, *ecce Filius tuus*, ad diſcipulum autem, *ecce Mater tua*. Ita ergo dum vterque mundi voragines euadere, & contemplationi vacare conatur, maioribus mundi negotijs implicatur. Sanctiſſimus igitur talis ille diſcipulus cuſtodiæ illius & ſtudet ſatagere, & omni ſtudio ſanctitatis magis, ac magis de die in diem exardeſcere. Poſſumus certiſſime de illo affirmare, quod *repleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus*; & erat *magni conſilij Angelus*, nam cum multa ſæcularia haberet iudicia ſupraſcripta D. Mathilda, deuota B. Petri ancilla, ipſe ſuis eam conſilijs ita peragere fecit omnia, vt & Euangelica præcepta, & canonum inſtituta, legumque iura ſeruaret: quod in humanis mentibus, & ingenijs raro, vel nunquam inuenitur. Verum ipſe ſuo à magiſtro Beatiſſimo Papa Gregorio ſic didicerat, ſpiritus vero ſanctus vtrumque repleuerat.

Ioan. 19.

Eccli. 15.

Henrici adoleſcentis peſſimi mores.

13. Tunc ergo incredibili iam modo Romanus Orbis in ſe ipſum fremuit, & inſaniuit. Nam Henricus, filius Imperatoris Henrici Tertij, magnas in omnes Catholicos inimicitias exercebat, qui dum ab ipſa infantia, defuncto iam patre, ſuſcepiſſet regni gubernacula, impletum eſt, quod per Salomonem dictum eſt: *Væ Terræ, cuius Rex puer eſt*, nam puerilibus conſilijs ſe committens, omnium genere ſpurcitiarum edoctus, cunctam mox religionem, & iura omnia confundere non erubuit, ac ſuæ libidini in omnibus turpitudinibus ſtuduit. Illo ſiquidem in tempore [44] non quiſquam Epiſcopus, aut Abbas, ſiue Præpoſitus eſſe potuit, niſi qui maiorem pecuniam habuit, vel ipſius ſpurcitiarum compos extitit, & fautor aſſenſit. De nullius certe vita vel conuerſatione agebatur bona; imo abominabilis religio omnis, & veritas, atque iuſtitia habebatur. Ille Sacerdos laudabilior, cuius veſtis comptior, cuius menſa copioſior, cuius concubina ſplendidior:

Eccleſ. 10.

nec

Digitized by Google

nec miles dicebatur glorioſus, niſi ter fuerit, aut quater periurus.

14. Quod dum Beatiſſimus Papa Gregorius dolens, ac triſtis conſideraret, cupiens ſanctam Eccleſiam vſui Eccleſiaſtico & legibus reſtituere canonicis, miſit ad eum frequenter benignas legationes, tum paternè admonéns, tum aſperiùs etiam redarguens. At qui dum hoc quoque modo minimè ſe percepit proficere, tandem [45] direxit ad eum matrem ipſius religioſiſſimam Imperatricem Agnetem, & cum ea reuerendiſſimos duos Epiſcopos Prænestinum, & Cumanum, quibus vtique præſentibus, audito diligenter eorum conſilio, [46] pœnitentiam ſimulauit, obedientiam deuouit, emendationem de omnibus promiſit. Redeuntibus autem illis, in ſe ipſum eſt ille reuerſus, deterior, quam olim, effectus. Nam inaudita deinde audacia, & admirabili ſuperbia ſui facinoris compotes, nec dicendos [47] collegit Epiſcopos in ciuitatem Vvormatiam, habitoque conciliabulo [48] proſcripſerunt primæ Sedis Epiſcopum, quod à ſæculis non eſt auditum. Fecit deinceps legationem in Italiam, eandem affirmans præſumptionem per Schiſmaticos ſibi complices Epiſcopos [49]. Huius legationis lator fuit quidam Heberardus nomine, Teutonicus natione, filius ſæculi, hamus diaboli, inuentor omnis ferè mendacij. Hic circumiuit, & perambulauit terram, vt Schiſmatica omnes inficeret contagione. Multos certè, qui propter interdictum Domini Papæ diuino ab officio ceſſauerant, ipſe interdictus, & vinculo perditionis ligatus, inaudita temeritate, ac ſuperbia reconciliauit, & ex parte Domini ſui Regis, vt officium more priori celebrarent, indixit.

Gregorius ſæpe monet, vt ſapiat.

Peior efficitur.

15. Cum igitur diſſimulare amplius tanti facinoris malitiam non poſſet Apoſtolicus, excommunicauit tam ipſum, quam omnes ipſius fautores, atque omnem

Excõmunicatur & à gradu deijcitur.

Digitized by Google

nem ſibi Regiam dignitatem interdixit, & obligatos ſibi Sacramentis ab omni debito fidelitatis abſoluit: quia, quod verecundum etiam eſt dicere, præter hæreticam, quam prælibauimus culpam, aderant in ſancto Concilio Nuncij illius ſic audentes latrare: Præcipit Dominus noſter Rex, vt Sedem Apoſtolicam, Papatum vtpote ſuum, dimittas, nec locum hunc ſanctum vltra impedias. Proh nefas, & infæliciſſimi hominis ò execrabilem temeritatem! En ecce *ſuum* eſſe dicit, quod ſoli Apoſtolorum Principi Petro Chriſtus Dominus commiſit. Nec ſubitò quidem commiſit, verum tertio antequam committeret, interrogauit; *Simon*, Ioan.19. inquiens, *amas me?* non tanquam ipſe ignoraret, ſed vt futuris temporibus prouidentiam præſignaret; ne cito, ac præcipitanter cuilibet cura committeretur animarum. Illi ergo poſt terriam tandem ſui amoris certam ſponſionem, *Paſce*, inquit, *oues meas*, non Regem, non Imperatorem, aut aliquam Chriſtianæ profeßionis conditionem excepit, præter eum, qui ſuam ſe ouem abnegauerit. Igitur quem ſui ſolius iudicio Dominus reſeruauit, hic non ſolum iudicare, verum etiam *ſuum* dicere, & quantum in ipſo eſt, audet damnare. Quam ob cauſam, [50] omnis illa ſacra Synodus iure indignata, anathema illi conclamat, atque confirmat.

Agitur de ſubrogando alio.

16. Igitur non poſt multa idem reuerendiſſimus Papa, [51] per quem reſtaurari cœperunt omnia iura canonica, vſque ad ipſum prorſus penè abolita, rogatur à quam pluribus regni Principibus, præſertim à Comitiſſa Mathilda confortatus [52], quæ tunc maximam partem regebat Italiæ, quatenus in partes Teutonicas, ob communem matris Eccleſiæ neceſſitatem deſcendere dignaretur. Illi etenim propter inſolentiam ſuam, & anathema [53] Henricum Regem, & Dominum abnegauerunt, qui etiam pariter conuenientes coegerunt eum,

Digitized by Google

eum, vt repudiatis consiliarijs iniquitatis, priuatim ipse quodam in castello maneret, ne multos lepra sui anathematis contaminaret. Decreuerunt enim apud se, vt accersito humiliter S.Papa Gregorio in ciuitatem Augustam, etiam ipsum in commune totius Regni concilium ante iudicem vniuersæ Christianitatis aduocarent, desiderantes, vt authoritate Apostolica aut emendatum eundem, & absolutum recuperarent, aut ipso iustè reprobrato alium in Christo eligerent. At ille, accusante se conscientia sua, sanctum conuentum non expectauit, sed venit obuiam Domino Papæ [54] in oppido Canusino humiliatus vsque ad pedes eius, & facta securitate Domino Papæ per sacramenta, prout ipse dignatus est præcipere, præsentibus Episcopis, & Abbatibus, atque Comitissa Mathilda [55], & Adelasia, alijsque pluribus, tertia demum die est absolutus, verumtamen in regnum non est restitutus. *Melior promittit.*

17. Itaque ad priora iterum regreditur consilia, ad excommunicatorum peruersa conuenticula, & quod iure iurando promiserat, breui tempore obseruabat. Nam infra quindecim, vt opinor, dies, cum [56] B.Episcopus Anselmus legationem Domini Papæ vnà cum religiosissimo Hostiense Episcopo Gerardo Mediolanum deferret, impediti sunt à militibus ipsius, & captus est Hostiensis Episcopus; sanctum vero Anselmum, nequaquam ausi sunt tangere, quoniam indigena fuit, & nobilis prosapiæ. Ipse autem vltro se capiendum ingerebat, dicens quod à socio legationis non discederet, aut illum, inquiens, dimitterent, aut se captum cum ipso tenerent. At illis hoc non præsumentibus, tristis abscessit, volens, si posset, pro fratre suam ipsius animam ponere. Hæc est enim perfectio charitatis, hæc summa dilectionis, *vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. Solent alij in tanta necessitate simula- *Sed mentitur.* *Anselmus legatus Pontificius.* *Eius virtus, & constantia.* Ioan. 15.

mulare multa, ac diſſimulare, mentiri quidam, & periurare plurimi: Hic autem nec vno verbo ſimulationis [57] quemque liberare voluit; quod bene quidem potuit, ſicut ab ipſis, qui capti ſunt, poſtmodum audiuimus.

Creatur Rex Rom. Rodulph.

18. His vtique, ac ſimilibus multis irrita facta ſunt dicti olim Regis Henrici ſacramenta [58]. Eligitur interim in partibus Teutonicis Dux Rodulphus in Regem ad defendendam Catholicæ Eccleſiæ vnitatem, propter quod magis, magiſque indignatus Henricus, ſpreto conſilio, & auxilio Domini Papæ, in omnes Catholicos debacchatur iniquè. [59] Mortuo autem in fide Catholica Rege Rodulpho, audet ille, quod potentiſſimi olim Imperatores, ſiue illi hæretici, aut Apoſtatæ, vel etiam Pagani eſſent, [60] nunquam præſumpſerunt: ſtudet inquam, conuocatis aliquot hæreticis Epiſcopis, viuente Papa Gregorio, cui obediens factus eſt etiam iuramento, nullo habito vniuerſali Concilio, abſque iudicio, audet certè in Papam eligere Vvibertum, Rauennatem quondam Epiſcopum, tunc autem [61] multis iam annis excommunicatum, cuius ſuperiùs aliquam, ſed breuiter, commemorationem fecimus. Sed quis ad hæc tam idoneus, quam hic, qui ab ipſis incunabulis ſpiritu ſuperbiæ repletus, nihil meditabatur vnquam præter elationem, & ſuperbiam? Hic namque [62] nobis cernentibus omnem obediẽtiam & ſubiectionem Domino noſtro Papæ Gregorio exhibuit, ſed & ipſe cum honore illum, & dilectione in ſacro Lateranenſi palatio recepit hoſpitio, & proximum illum à dextris ſuis in ſancto habuit concilio, & primum in omnibus quibus digne oportuit, ſperans verum eſſe, quod perditiſſimus ſimulauit. Ille autem non poſt multa per ſuperbiam incidit in inobedientiam, factus pariter periurus, ſed & parricida tandem iniquus, quia patrem ſanctum ad mortem vſque eſt proſecutus.

Moritur.

Vvibertus Antipapa.

Vide §. 10.

Talem

19. Talem, inquam, tam iuſtum, tam ſanctum cum ſuis fautoribus in Papam eleuat Henricus. Roma non quæritur, nec Romanus aut clerus, aut populus. Vnus quidem [63] affuit *Hugo* nomine, *Candidus* facie, nigerrimus mente, Cardinalis olim, ſed dudum iam pro ſuis ſceleribus iuſtè excommunicatus,&abiectus. Hic damnatus damnatum, periurus periurum, parricida laudat parricidam; in loco ſiquidem horrido, & aſperrimo, in medijs niualibus Alpibus, vbi fames aſſidua, & frigus penè ſemper continuum. Locus ipſe vicus eſt pro ciuitate, qui [64] Brixanorium vocatur, altiſſimis circumdatus ſcopulis, vbi etiam vix nomen obtinetur Chriſtianitatis. Hic principalis Eccleſiæ priuilegia, hic ſummi ſacerdotis iura, hic ſanctorum Patrum inſtituta, hic omnia euacuantur canonica decreta: nimirum, ſi qui rogarent, vt alium cœlis imponeret Deum, quantum in ipſo erat, æſtimo faceret, atque confirmaret. Nam nec omnino nouum eſt aucupium quod agit; [65] à pueritia quippè ſua ſic didicit. Enimuerò dum venerabilis Papa Alexander canonicè fuiſſet olim electus, ipſe Carolum Parmenſem Epiſcopum, in Teutonicis partibus ſuum Papam elegit, Romamque direxit, qui diuturnam diſcordiam, bellaque multa commiſit. Huic nefariæ præſumptioni mater ipſius Agnes Imperatrix interfuit, quæ ſancti Spiritus illuſtratione compuncta [66] apud ipſum Papam Alexandrum confeſſionem poſtmodum fecit, pœnitentiam accepit, cui id præ cæteris iniunctum eſt, quatenus Romæ moraretur, ibique S. Petro vigilijs, orationibus, & ieiunijs ſatisfaceret, ac prodeſſet Eccleſiæ conſilijs, & auxilijs prout valeret. Ille autem in ſua permanens deteſtabili pertinacia Vviberticum adorans dæmonium, admonetur rurſus ab Apoſtolico affectu paterno, [67] miſſis ad eum Epiſcopis Albanenſi, & Paduano. Atqui dum non emendatur, rurſum pericu-

Hugo ex Card. ſceleratus:

Digitized by Google

riculoſiſſimè excommunicatur. Ille ergo quaſi nouo tyrannidis aucupio, tunc incipit vniuerſarum Eccleſiarum tam prædia, quam omnes penè theſauros earum militibus diſpertiri, quos & omnes parti ſuæ agglutinat præter admodum paucos, quos reſeruauit ſibi Dominus, vt *non curuarent genua coram Baal*.

Rom. 11.

Henricus exercitū ducit contra Mathildam.

20. Collecto igitur exercitu Romam tendit, atque primo mox ingreſſu Italiæ [68] omnem furorem ſuum in ſupradictam Dominam Mathildam conuertit, villas incendit, caſtella diruit, quæ tamen diuina ſe protegente miſericordia non nimium detrimenti ſuſtinuit. Tunc, inquam, hominis ingenium, & ſapientiam, vtpote ſancti, Epiſcopi Anſelmi laudare poſſes. Nam etſi nauis fortis, & bene compoſita eſt, nautæque prudentes, facilè tamen periclitatur, niſi ſapiens, & validus fuerit gubernator. Illa proprietate nauis ſollicitabatur; ille gubernandi artem meditabatur; illa poteſtatem exercebat, ille regebat; illa præceptum, & ille dedit conſilium. Excellebat tamen ille in omnibus, quia obedierunt Sanctitati ſuæ tam ipſa, quam ſui omnes, plus tamen ipſa. Nec mirum, adeò in ſingulis per ſingula, prouidè ac ſapienter conſiliatus eſt, vt & dicto quondam Regi, cunctiſque maioribus, ac minoribus penè totius Italiæ, ſola domus illa reſiſteret, iniuriam Dei, ſuamque vindicaret, honorem obtineret, & gratiam Dei non amitteret. Nimirum ſuis id meritis impetratum eſt, vt laudabilis illa, & glorioſa per exteras etiam terras prædicaretur. Quid ni? illa enim nobiliter, & magnificè, inſolito mulierum more, plus dico quam viriliter agebat; nullum ferè periculum metuebat.

Anſelmi prudentia

Mathilda ſola Hēricore ſiſtit.

In eum mouet exercitum.

21. Quis potentum vnquam ſuum, vt illa deduxit exercitum? Receſſerunt tamen ab illa plurimi ſuorum, & abierunt retrorſum. Separati ſunt, inquam, à nobis, quia non erant ex nobis. Nam & Angeli quidam

de

Digitized by Google

de cælo ceciderunt, alijs ſic corroboratis, vt cadere amplius non valerent. Corroborati ſunt & ij, qui permanſerunt tum ex dulcedine paſtoralis ſapientiæ, tum ex benevolentia, & hilaritate tam deſiderabilis Matronæ. Nam egregius ille Paſtor, & Doctor die, noctuque afficit illos ſpiritualibus doctrinis, & admonitionibus illud maximè inter cætera replicans, vt ab excommunicatis ſe obſeruarent, quoniam ſi quis cum excommunicatis participaſſet, niſi accepta pœnitentia primum abſolueretur, nullam cum reliquis communionem habere potuit. Perfecto itaque odio oderat excommunicatos; vnde & ſolicitos multos ſua doctrina reddidit, plurimos a tyrannide tanta prohibuit, quoſdam etiam penitùs conuertit, ipſi denique quondam [69] dicto Regi commonitorium dictauit; ſed & hæreſiarcham ipſum S. Sedis Romanæ inuaſorem [70] Vvibertum ſcriptis ſalutaribus commonuit.

22. Quid tanden? Romam, ſicut incepit, tyrannus ille inuadit, tribus illam annis impugnat, quam vix demum periurus, [71] & pecunia plus, quam viribus, aut ſapientia expugnat; ſitque Eccleſia ſancti Petri impiorum latronum ſpelunca, ſed nec dum totam quidem Romam deuicit, quoniam in Caſtello, [72] quòd Creſcentij dicitur, Reuerendiſſimus Papa Gregorius permanſit, permanſerunt quoque, nec corrupti, vel decepti, aut deiecti nobiliores quidam Romani, magis obedire Deo, quam homini cupientes hæretico. Igitur accreſcente tam impia hæreticorum perſecutione, inuitatus ab Apoſtolico viro [73] Dux Apuliæ, & Calabriæ Robertus Romam feſtinauit, ante cuius aduentum Henricus Vrbe relicta fugit, quam vna die manu armata Dux violenter expugnauit, Dominumque Papam de anguſtia turris in latitudinem ſacri palatij Lateranenſis, cum magno triumpho, & gloria reduxit. Itaque peractis ibi aliquot diebus, Salernum pariter perrexerunt

Henricus Romã inuadit.

Monit eũtia eum Dux Apulie.

Papam liberat.

Digitized by Google

Moritur Gregorius rexerunt, vbi & ſanctiſſimus Papa emigrauit ad Chriſtum. Nam [74] miracula, quæ per eum operatus eſt Dominus, alia quidem vidimus, alia ab idoneis teſtibus audiuimus, quorum non eſt modo dicendi locus.

Henricus concitat Lõgobardos in Mathildam. 23. Fugato ergo ab Vrbe Henrico, in Teutonicas ſtatim partes ipſe reuertitur, concitatis omnibus primùm Longobardis aduerſus præfatam Dominam, & aduerſus ſanctum Prouiſorem eius, ſed & aduerſus omnem Catholicam vniuerſitatem. Nec multo poſt, ecce coadunati ſunt Epiſcopi, & Marchiones cum alijs multis, qui magno impetu, & furore ſubitò terram inuaſerunt eiuſdem Comitiſſæ, putantes totam illico ſuæ ditioni ſubiugare. Tunc ergo congregati ſunt & noſtri, ſed quidem pauci, quoniam vno vix die præſcij facti ſunt; verumtamen nimis confortati ſunt, quia Dominus noſter ſanctus Anſelmus Epiſcopus ſuã eis benedictionem [75] per noſtram direxit paruitatem. Hoc in mandatis præcipuè commendans nobis, vt ſi qui cum excommunicatis communicaſſent, primitus abſolueremus, & tunc pariter omnes authoritate Apoſtolica, & ſua benediceremus, inſtituentes eos quo pacto, quaue intentione deberent pugnare, ſicque in remiſſionem omnium peccatorum eorum inſtantis belli commiteremus periculum.

Diſſipari hoſtes Mathilda. 24. Facto [76] itaque congreſſu citiſſime dorſa hoſtes dederunt, & captus eſt mox Parmenſis Epiſcopus, & nobiles multi, minores vero abſque numero, ſed & mortuorum non eſt inuentus numerus. De noſtris autem tres mortui ſunt, & vulnerati pauci. Qua in re gloriam Dei, & virtutem benedictionis Reuerentiſſimi Præſulis fideles omnes agnoſcere poteſtis. Ab hinc enim confuſa ſunt hæreticorum conciliabula, & declinata eſt nimis elata eorum inſolentia, gauiſi autem, & confortati ſunt omnes Catholici, præſertim domus illa, quam S. Pater noſter Anſelmus Epiſcopus in ex

ſupe-

Digitized by Googl

ſuperatam poſtea cuſtodiuit, ac in fide Catholica permanentem reſeruauit, & factus eſt ille vnius olim ciuitatis Epiſcopus, innocenter quidem expulſus, multarum ciuitatum Præſul magnificus, nam 77 poteſtatem ei, & vicem ſuam Dominus Papa commiſit per omnem Longobardiam, vbi Catholici non haberentur Epiſcopi, qui tunc inueniebantur certè rariſſimi. Concurrunt itaque ad ipſum ab omnibus partibus Longobardiæ quotquot zelum habebant fidei catholicæ. Ibi benedictionem Eccleſiaſtici, abſolutionem excommunicati, ſed conuerſi, accipiunt; ibi Chriſma, ibi ſacros Ordines exquirunt; illic deſolati ſolatium; inconſulti conſilium, conſulti gaudium inueniunt.

Anſelmus fit Legatus Longobardiæ.

25. Apud ipſum quidquid vſque dubij eſt, ſapienter diffinitur, eiuſdem ſemper grauitatis, & reuerentiæ reperitur, nec pretio aut precibus corrumpitur. Multi ſæpe ad illum modo nobiles, modo ignobiles pauperes venerunt, ac diuites, qui dum à prædicta Comitiſſa *vellent aliquid* aut acquirere, aut acquiſitum ſecuriùs obtinere, munera ſibi interdum grandia, interdum promiſerunt alij maiora; quibus ille, quamuis pauper ipſe, atque egentes ſui eſſent omnes, iratus reſpondit, dona reſpuit, adiutorium contradixit. Quod ſi gratis poſtulaſſent, citius certè impetraſſent. Ait enim: ſi eſt iniuſtum, quod expetunt, ero particeps, imo author eorum iniuſtitiæ; ſin autem iuſtum eſt, reus ero, ſi iuſtitiam vendidero. Quod ſi mente aliqui peruerſa diuinitus forſan excæcati, aut auaritia ſæculi perniciosè implicati, Catholicæ, & Apoſtolicæ reſtiterunt ſententiæ, dum ſecum ratiocinari cæperunt, ſubito ſatis obmutuerunt, quia ſapientiæ illius reſiſtere non potuerunt, imo eloquentiam hominis tantam, tamque rationabilem mirati ſunt, omnem enim ſacram ſcripturam ferè memoriter nouit. Quid ſinguli, quid omnes de quauis cauſa ſancti expoſitores ſentirent,

Eius ſapientia & integritas.

Digitized by Googl

mox vt interrogaret, reſponderet. Multa ſibi ſacris ex ſcripturis diuinitus expoſita cognouimus, quorum aliqua ab ipſo habemus ſcripta, aliqua retinemus in memoria.

Eius lucubrationes.

26. Multos libellos proprijs manibus conſcripſit: [78] Apologeticum vnum diuerſis ex ſanctorum Patrum voluminibus compilauit, quibus Domini Papæ ſententiam, & vniuerſa eius facta, atque præcepta Canonicis defenderet rationibus, & approbaret orthodoxis authoritatibus. [79] In Lamentationes Ieremiæ dilucidiſſimam fecit expoſitionem. Pſalterium quoque rogatu benedictiſſimæ Dei ancillæ Mathildæ expoſuit luculentiſſimè, breuirer quidem, ſed vtiliter, vſque illum in locum, vbi ait: *Benediximus vobis in nomine Domini*. Ibi ſiquidem vitam, & expoſitionem finiuit, nobiſque omnibus velut alter Patriarcha Iacob, benedixit, cuius, vt omnibus notum eſt, vniuerſam in Italiam benedictio deſcendit. In ipſo etenim, & per ipſum hæretici, ac Schiſmatici alij conuertuntur, alij confunduntur, quorum mox dentes confringuntur, dum ipſius Domini verbis reſpondetur eis: *Cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt, muti loquuntur*.

Luc. 7.

Eius abſtinentia.

27. De abſtinentia vero illius quid dicendum, omnes fere cibos habuit tamquam exoſos, & delicatiſſimos, quos prædicta ipſius in Chriſto filia, ſæpe ſibi exquiſiuit, non dico non manducauit, ſed vix guſtauit. Cuncta ſæculi blandimenta, & corporis delicias quibus gaudent homines, ipſe ſibi conuertit in tormentum, abominando ſingula, tanquam quælibet venena. Cibos quoque appoſitos, dum à circumſedentibus interdum ſumere cogeretur, infirmitatem aut votum, vel quamlibet occaſionem honeſtè finxit, vt & deſideratam obſeruaret parcimoniam, & conuiuantibus non inferret triſtitiam. Vinum ſcribit ſicut B. Hieronymus, fere vt venenum fugit. Vidit, inquam,

Hieron. ep. 22. ad Euſtoch. cap. 4.

quod

Digitized by Google

quod & tacitus notaui, vt in ore sumptam buccellam, nollet dentibus, sicut est communis hominum consuetudo, masticare, ne aliquam dulcedinem saperet; sed molliter tactam,& breuiter inuolutam consumpsit. Per totam sæpe mensam non bibit;verum si ardentiùs quãdoque sitis incubuit, circa vesperas fortasse modicum aquæ priuatim hausit. Nam, & in ipsa aqua, prout mecum sæpè locutus est, gulæ castrimargiam æstimauit, laqueum timuit, ideoque parcius delibauit.

28. Quodsi naturæ necessitas non cogeret, insomnis vt opinor, omni tempote permaneret. Nocte tota aut legit, aut scripsit, aut orauit, & si fortiùs insisteret somnus,stans dormitauit: quod si delicatius interdum, genua vsque prouolutus dormiuit. In lecto quidem rariſſimè, nisi summa cogente verecundia, vel necessitate; nec idem horis productis, sed quasi momentis. Paulominus iam ipsam vicerat naturam, [80] vt non iam videretur corpus, sed quasi spiritus totus: verè potuimus in illo Euangelicum hoc etiam corporaliter agnoscere, quia *non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei*. Nam dum omnem sibi ferè victum subtraheret,plus tamen omnibus laborauit.[81] Venias de nocte, aut si priuatim potuit, in die fecit permultas. Ad tertiam vsque stabat frequentissimè. *Sõni parcitas.* Matth.4.

29. In consecrandis verò Ecclesijs, vel altaribus quasi plenus spiritu infremuit totus,quia feruenti semper deuotionis amore, quidquid erat Ecclesiasticum, peregit. Mirabamur omnes subtilitatis eius inexsuperabiles vires, quia nobis penitus, penitusque lassis, solus laborabat, vt autem missarum ad solemnia ventum est, confestim totus lachrymis manabat. Librum vbicunque reperit, statim perscrutari diligentissimè studuit, & quidquid diebus tanquam percurrendo carperet, id noctibus pleniter ruminabat. Si quando in expeditione, sicut sæpius, aut in itinere fuit, licet *In Deum pietas.* *Assidua lectio.*

Digitized by Google

multum fatigatus, non tamen cibum idcirco lautius ſumpſit, aut in lecto quieuit. Summæ eius deliciæ, aut fructus fuerunt, aut herbæ. Omnem vitam, & conuerſationem ſuam quantum potuit, abſcondit: ſiue fuit cum hoſte in campo, ſiue priuatim in domo, lectum ſuum modica circumdabat cortina, ibique ſolus, vel legebat, vel ſcribebat.

Pſ. 118. 30. A media ſemper nocte, ſicut ait Propheta, ad officium ſurgebat matutinale, niſi raro parceret debilitati filiæ ſibi commiſſæ, ſcilicet glorioſæ Dominæ Mathildę,[32] nam mater omnium virtutum diſcretio regnabat in ipſo. O fælicem illam, cui talis tam prouidus ſemper aſſidebat Pædagogus, non tanquam homo quilibet prouidus, ſed vt prouidi conſilij Angelus. Nunquam, vt arbitror, aſtante illo, aut defraudata eſt, aut decepta. Mire mirandum, dum totam quandoque ſtaret diem, cum ſæcularibus in conſilijs plurimis, ac diuerſis, non eſt mente abalienatus, ſed Diuinum ſemper aliquid intus agitabat, & contemplabatur cœleſtia. Milites domus illius, tametſi nimium ſæculares, in illum tamen reſpexerunt: omnes plus ipſum, quam naturalem Dominam metuentes. In expeditionibus, & in cameris inter quæque colloquia, aut conſilia, vel prædicauit, vel quælibet verba bona protulit. Quod ſi ſuum fideliter ſecuti ſunt conſilium, ſicut eis prædixit, ſic & ſæpius illis euenit. Si non omnes prorſus conuertit, fideliores tamen plures Deo, ac Dominæ ipſorum reſeruauit; omnes vero à multis ſæpe ſceleribus coercuit, contra hæreticos ſtare fecit, præter filios tenebrarum perpaucos.

Quem fidelis erga Mathildam.

Totus contemplatiuus.

Quanta omnium erga eum veneratio.

31. Religioſos omnes venerabatur vt patres; increpauit delinquentes, & hæreticum hominem ſecundo, aut tertiò correptum, ſed non correctum deuitauit. Per ſingulas Eccleſias in omni ſupradictæ Dominæ terra, regularem clericorum, vel monaſteriorum compoſuit

Quanta eius erga Eccleſiaſticos veneratio.

Digitized by Google

posuit vitam, qui, & malle se, inquit, vt in Ecclesia nullus esset vel clericus, vel monachus, quam irregularis, vt ita dicam, & irreligiosus. In diuinos siquidem officio, quo affectu, quaue contritione fuerit, non sufficio depromere. Nihil in Ecclesia legere permisit, præter orthodoxorum Patrum scripturas [83] sicut sancta præcipit authoritas. Ordinem, & concordiam tam in cantu, quam in lectionibus, prout sancti Patres statuere, conatus est obseruare. Apocrisa omnia sicut Papa [84] Leo constituit, in Ecclesiastico non recepit officio, pro lectione tamen priuatim in mensa, vel collatione non respuit omnino. Psalmos quidem vt cautè, ac meditatim cantaremus, præcepit, alioquin asperè increpauit. Nouit Deus, quoniam videbar mihimet aliquando tanquam plenus spiritu ex ipsius aspectu, & quasi mei oblitus, videbatur ille mihi velut Angelus. Inter Diuina mysteria nunquam, vel raro sedebat. Missarum solemnia nunquam prout percipere potuimus, *sine lachrymis* expleuit. Ante omnia vero id studij semper habuit, quatenus sanctissimum suum Magistrum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeo vt discrepare ab illo prorsus nollet, etiam in aliquo. Illius semper meritis attribuit quidquid in ipso fuit.

Ritum Ecclesiast. corũ obseruantiss.

Aemulator charismatum Papæ Gregorij VII

32. Dum vitam rememorauit monasticam, & solitariam, quam se crebro fleuit amisisse, consolatus in eodem magistro est, quia obediens sibi vsque ad id factus est. Ille fons erat, hic quasi riuus bonus ab illo fluebat, & aridam irrigabat: Ille caput totum corpus gubernabat, iste quasi manus studiosa, quod iniunctum est, peragebat. Ille sicut sol iliuminauit omnia, iste velut splendor declarauit singula. Ille moriens mitram capitis sui transmisit isti, tanquam potestatem suam ligandi, & soluendi; sed & miracula, credo, faciendi. Nam non multo post cognoscentibus nobis omnibus, per

Omnia ferme hæc habet Paulus Bernedien. in vita Gregor. VII.

Gregorius & misit suam mitram.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Quã experiturmiraculosã.

per ipſius conſilium, & fidem magnam præclara quædam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim Reuerendiſſimus Dominus Vbaldus, Mantuanus ſcilicet Epiſcopus, multis iam annis grauiſſimè ſpleneticus, toto corpore vlceratus, præſertim in cruribus, ſic vt vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam iacere, vel ſedere, qui & multa in medicos erogauerat, nihilque profecerat; appoſita eadem mitra, vbi maior ingruerat dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.

Multa patrat miracula Anſelmus & qua virtute?

33. Beatiſſimus itaque talis ac tantus Magiſter miracula fecit multa viuus, & mortuus, fecit ſiquidem & bonus Diſcipulus. Magiſter inquam, in Deo, Diſcipulus in Deo, & in Beatiſſimo Magiſtro, facit vero, vt dicitur plura Diſcipulus. Nec mirum: plura enim Petrus fecit, quam Chriſtus. Non equidem propria virtute, ſed quia abnegans ſemetipſum ſequutus eſt Chriſtum; ſicut & hic Pater noſter venerabilis, quia pium imitatus eſt in omnibus magiſtrum, multas operatur virtutes. Multi enim ſunt, quorum vitam nouimus ſanctiſſimam, qui & requiem verè obtinent ſempiternam; ſed miraculorum virtutem non oſtenderunt. Hic autem non tantùm quia vitam fecit religioſam, imò quia fidelem peregit obedientiam; perfecto quoque odio partem odiens excommunicatorum, & vnitatem diligens, atque defendens Catholicorum, miraculis approbat, quòd ſermone docebat. Omnes ergo, qui in vnitate Catholica præceptis Domini Papæ Gregorij hactenus obedijſtis, gaudete, & exultate, atque his, qui retrorſum abierunt, & veſtigia veritatis derelique-runt, vt factis modò credant, dicite, quòd verbis olim noluere.

Aquamanum infirmos ſanat.

34. Vidimus præſentes in vita ipſius Subdiaconum eius [85] nomine Teutonem, qui infirmos ſemper habebat oculos, qui & ſi præter ſolitum quid vigilauit incertum,

terdum, aut bibit fortè vinum, diù post inde vix quidquam potuit videre; legere verò prorsus aliquamdiù non potuit. Aquam itaque, qua manus suas D. Episcopus post Sacrificium abluit, accepit, oculos lauit, & sanos abinceps habuit, vigilare, ac legere minus nobis alijs non potuit. Similiter & presbyter eius Vvido febres patiens, aquam ablutionis manuum eius accepit, bibit, & euasit.

35. Item Ioannes Diaconus suus, dum apud Mediolanum infirmaretur, festinauit sibi mandare, hoc addens in legatione, quòd mox audita ipsius passione, vellet in se virtutem benedictionis suæ sentire. Factumque est, vt credidit; statim enim sensit, pauloque post pleniter euasit, quem & presbyterum postea idem Dominus Episcopus ordinauit. Supradictam quoque sibi commissam filiam scilicet nobilissimam D. Mathildam diuersis sæpè ab infirmitatibus sanauit sola benedictione, & vt ipsa nobis consueuerat referre, virtutem frequenter ab illo sensit exire; ita vt ad tactum illius statim fugeret omnis tunc incumbens morbus. *Item benedictione.*

36. Cogitationes hominum euidenter cognouit interdum, ipsisque cogitantibus, sic & sic, inquit, tali hora, talique in loco cogitastis. Testis mihi Deus est, quòd non mentior, quia dum semel cum illo de meis peccatis, sicut sæpè solitus eram, conferrem, quandam tentationem, qua tunc spiritus nequam me feruentiùs conabatur impugnare, confessus dixi, & ipse; verum, inquit, dicis, quia in ipso etiam ministerio altaris interdum occurrit tibi. Quod vt audiui, mox expaui, & ab omni deinceps praua cogitatione, præsertim illo præsente, studebam me coercere. Inter Missarum quidem sanctas celebrationes talia maximè consueuit videre, qui etiam id semper studij habuit, vt quotidie Missas celebraret. At si die aliqua non celebrauit, quam rarissimè tamen accidit àliquo impedimento, to- *Cogitationes percipit cordium*

ta

Digitized by Google

ta die illa triſtior erat, & quaſi grauis pernimium; ſicut & illam quoq; noctem, dum nimijs ex vigilijs coactus dormiuit aliquantulum, grauem, & inquietam deplorauit.

Viſionibus aſſuetus cæleſtibus.

37. Reuelationes quoque dignè memorandas vidit ſæpiſſimè, quarum aliquas libet breuiter perſtringere. Quodam namque tempore dum in Eccleſia S. Pauli in territorio Mantuano iuxta Epiſcopiũ conſecraret quoddam altare ad honorem S. Mariæ, vidit ipſam corporeis oculis in eodem altari inter ipſa ſolemnia conſecrationis.

Alio quoque tempore in Purificatione eiuſdem gloriosæ Virginis Mariæ, dum tardior ad Eccleſiam veniret cantantibus iam clericis Inuitatorium, vbi ait, *occurrens Deo tuo*, vidit intranti ſibi Chriſtum venire in occurſum.

Altera vero vice quadam, dum in magna compunctione cordis, & lachrymarum decantaret pſalmum 85. vtpote *Inclina Domine aurem tuam*, ſenſit Dominum ad ſe inclinatum, & tanquam aurem adhibere ad auſcultandum. Multa quippè, & alia fecit, atque vidit, quibus feſtinantes modo ſuperſedemus.

Qualis eius finis.

38. Poſtremo quam felicem fecerit finem, multi Epiſcopi & clerici, nobileſque laici præſentes viderunt [16]. Teſtamentum non fecit, quia vnde faceret, non habuit, imitatus etiam in hoc magiſtrum, quem pauperem, & in exilio nouimus defunctum, qui etiam in extremis ſuis, ſicut ab ipſis capellanis didicimus religioſis, poſt omnia inquit, *dilexi iuſtitiam, & odio habui iniquitatem*, idcirco morior in exilio. Equidem quod in vita ſua magiſter ac diſcipulus docuerunt, hoc & in morte, quaſi teſtamento confirmauerunt. Ille quos obedientes ſibi viuens adhuc benedixit; moriens quoque Domino precibus commendauit. Henricianos verò penitùs, penituſq; niſi poſt magnam demum conuerſionem,

& pœ-

Digitized by Google

& pœnitentiam, reprobauit. Hìc præſentibus nobis in verbis Domini præcepit, vt in [87] fide, ac doctrina Beatiſſimi Papæ Gregorij permaneamus. Quod & cum benedictione nobis indidit, & in remiſſionem peccatorum noſtrorum commendauit.

39. Affuit [88] huic benedictioni quædam matrona nomine Berta, nobilis genere, nobilior mentis indole, animique deuotione, vxor Clariſſimi Comitis Bernardi, quæ inſolitam in capite patiebatur infirmitatem. Nam tanta in vertice capitis fatigabatur frigiditate, vt quaſi glaciem ſuperpoſitam æſtimare interdum poſſet, quam calefactis ad ignem pellibus, aut puluinaribus ſæpe conabatur depellere, ſed & medicis exquiſitis plurimis, nullam conſecuta eſt ſanitatem. Quod ſi frigus eam, aut ventus aliquando ibidem tetigit, dum fortaſſe improuida dormiuit, non cooperto diligenter capite, vehementi vexabatur dolore, vt quaſi vertentes, vel exilientes oculos timeret, & tanquam contractis colli neruis, caput flectere non poſſet. Hæc, inquam, venerat illo tunc quadrageſimali tempore ad ciuitatem Mantuanam ad Comitiſſam Mathildam, vt tam venerabilis Epiſcopi ſanctum, & quotidianum audiret officium. Vnde accidit, vt in extremis eius ad benedictionem, quam prædiximus, citiùs multis alijs occurreret; quæ dum benedictionem ab ipſo deuotiſſimè peteret, manum ille capiti eius impoſuit, & expulſo mox inſanabili frigore, calorem illa ſaluberrimum recepit, & exeunte ſudore, atque aliquantula ſanie per auriculas eius vſque ad octauas Paſchæ, ſublata eſt omnis occaſio infirmitatis. Quanta deinceps ſigna clariſsima Deus per ipſum ſit operatus, quid mea refert dicere, dum conſtet per plurimos præſentialiter omnia vidiſſe.

Capite infirmam ſanat.

40. Rogauit itaque quoad vixit, quatenus in Capitulo monaſterij S. Benedicti, quod eſt in ripa fluminis

Cupit ſepeliri apud Cluniacenſes

Digitized by Google

Eridani, ſub obedientia ſacri Cluniacen. cœnobij, vnde frater ipſe, ac monachus fuit, ſepulturæ commendaretur, & cùm, concedentibus Epiſcopo, atque Comitiſſa cæteriſque omnibus, iam deferretur ad monaſterium corpus, affuit ſubito [89] Reuerendiſſimus Sutrien. Epiſcopus, nomine Bonizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitauit, vt clamaret, dignum eſſe vt in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta, inquit, lucerna non decet, vt abſcondatur. Ipſe adhuc viuens tanquam indignum ſe humiliauit, nos autem vt verè dignum exaltare oportet hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt idem ſtatim ab vniuerſis, raperturque à monachorum exequijs, in Epiſcopium defertur, ibique venerabiliter ſepelitur.

Sed tumulatur in Eccleſia Cathedrali.

41. Mirabamur hoc quaſi magnum primo miraculum, neſcientes, quod abinceps ſatis mirabilius eſſet futurum. Nam & id tunc quoque notauimus, quod & multi Epiſcopi & Cardinales, magna etiam multitudo militum in die obitus ſui eosdem in ciuitatem conuenerant. [90] Aderat ſiquidem Magalonenſis Epiſcopus, nomine Gotefredus, & Benedictus Mutinenſis Epiſcopus, atque Aribertus Regienſis Epiſcopus, & eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, ſcilicet Mantuanus, Vbaldus vocitatus. Sed & [91] Damianus, Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, qui & Abbas Nonantulani cœnobij. Hi omnes ad audiendam eius ſapientiam, ad capiendum eius conſilium, ſicut ſæpe ipſi, ac cæteri Catholici conſueuerant, aduenerunt. Sutrienſis quoque pridie tantùm receſſerat, ſed mox poſt tranſmigrationem ipſius eodem die affuit opportunus. Iſti, inquam, & alij perplurimi maiores, ac minores interfuere, qui & ipſius tranſitum viderunt, & clara miracula poſt obitum eius præſentes cognouerunt.

Funus eius honeſtiſſimum.

42. Igitur anno Incarnationis Domini noſtri IESV Chriſti, milleſimo octuageſimo ſexto, Epiſcopatus vero

Dies tranſitus.

Digitized by Google

vero sui anno decimotertio, Indictione nona, finitis iam annis septem excommunicationis Henrici, quondam Regis, post transitum autem felicissimi Papæ Gregorij VII. mensibus nouem, diebus viginti 92 tribus obdormiuit in Domino venerabilis Dominus & Pater noster Anselmus, Lucensis Episcopus, xv. Kalend. Aprilis, in ciuitate Mantuana præsidente Reuerendissimo Episcopo Vbaldo, atque dominante ibidem nobilissima Duce, ac Marchionissa Mathilda.

43. Tertia itaque nocte post sanctissimi Patris venerandam dormitionem, quædam contracta, quæ vna semper manu, & posterioribus per terram serpebat potius, quam gradiebatur; quæ etiam in domo neporis Episcopi annum vnum, & duos menses, ac dimidium manserat, apud prædicti Patris tumbam meritis ipsius sana erecta est in prima noctis vigilia. *Crebra ad eius tumulũ miracula.* *Curua erecta.*

Sequenti vero die circa tertiam, vt visum est, horam refertur, quod quædam à natiuitate cæca, ibidem fuerit illuminata, quàm Brixiensis comitatus incolam tunc audiuimus. *Cæca illuminata*

Eodem quippè die quasi hora sexta pauper quidam in hospitio pauperum prædicti Præsulis Mantuani aliquanto tempore eleemosynis sustentatus, à renibus vsq; curuus, ad eiusdem sancti Patris sepulchrum orans subitò se sanum erexit. *Curuus directus.*

Diuulgatis itaque longè, lateque talibus miraculis, ecce mulier quædam de Castello, quod *Campitellum* dicitur, quæ visum penitùs amiserat, cæpit virum suum flagitare, vt ad sancti viri corpus eam perduceret. Illo vero negante, frater eius misericordia motus, iunctisq; bobus plaustro, cæpit eam deferre. Dum autem quasi duobus milliaribus perrexissent, incepit arbores, plaustrum, & boues, cæteraque omnia iam videre, quæ gratias Deo, eiusque sancto Confessori agens, votum de paupertate sua faciens, domum reuersa est. *Cæca videt.*

Digitized by Google

Contracta ſanatur.

Die nona erat in eodem caſtro alia quædam cruribus, ac renibus contracta, quæ nulla ex neceſſitate lectum ſuum per ſe potuit exire. Hæc apud ciuem quendam Mantuanum, qui venerat illò, precibus impetrauit, quod impoſitam plauſtro ſuo ad vrbem detulit, & ad tumulum ſancti Præſulis humeris ſuis portauit: quæ facta aliquanta oratione paulo poſt ſana ſurrexit.

Cæca lumen recipit.

Die vndecima. Quædam etiam de caſtello, quod *Goudium* dicitur, menſibus tunc viginti, priuata luminibus, biduo ieiuna iuxta corpus ſanctum demorata, priſtinam luminum claritatem recepit.

Plures morbi pel luntur.

Die decimaquinta. Altera quædam de caſtello, vt dicitur, *Lazete*, manu & pede contracta, ore contorto, morbo caduco grauiſſimè vexata, ibidem aliquamdiù patiens, plenam recuperauit ſanitatem.

Perditus viſus reſtituitur.

Die decima ſexta. Deinde aſtantibus nobis pariter cum glorioſiſſima Domina Mathilda, & pſallentibus in die ſancto Paraſceues, adueniens quædam de loco *Colaniola*, quæ viſum perdiderat, flens, & eiulans deuotiſſime faciens venias, & poſt aliqua ſurgens, oculos ad tapetum ſepulchri terſit, viſumque recepit.

Pulſi dolores.

Die decima octaua. Mulier etiam vna eiuſdem Ciuitatis non ignota, dentium dolore, atque viſcerum torquebatur, quæ confugiens ad prædicti Confeſſoris ſepulchrum, ſana mox effecta eſt.

Infirma curatur.

Altera quæuis de oppido, quod *Caſtelluculo* appellatur, adeò infirmata eſt, vt à lecto ſurgere non poſſet vllo modo, hæc auditis tot miraculis votum fecit, pauloque poſt euaſit, atque octaua die pedibus ſuis ad Sancti viri tumulum veniens, votum ipſamet perſoluit.

Luſcus videt vtroque oculo.

46. Die vigeſima prima. Erat inſuper ciuis Mantuanus, qui ſuperueniente albugine vnius oculi viſum amiſerat. Multa itaque in medicis expendens, nihilque proficiens, ad verum medicum ſalutis per merita ſupradicti Præſulis ſanctiſſimi confugit, viſumq; recuperauit.

Dic

Digitized by Google

Die vigeſima tertia. Poſthæc puer vnus de villa *Vadum Ferratum* appellata, quem * Arthetica officio brachiorum priuauerat, ad idem Oratorium delatus ſanitatem recepit. *Arthetiticus curatur.* * al. artritica.

Die vigeſima quarta. Alius etiam puer de *Barbaſſio*, lumine priuatus oculorum, & quaſi hydropiſim perpeſſus, admonitus ſæpè in ſomnis, tandem ad ſancti Patris patrocinia confugit, & euaſit. *Item caecus & hydropicus.*

Die trigeſima prima. Fuit præterea de Epiſcopatu Brixienſi de caſtro, nomine *Gozelengo*, cui malum id quod per antiphraſim homines *bonum* appellant, vnius oculi lumen abſtulerat, qui audita tantorum ſignorum fama ad ſanctum ſepulchrum properauit. Facta vero ibidem oratione reuerſus eſt, & quauis prurigine, dum erat in via incitatus, oculum digito fricauit, apertiſque mox palpebris clarè vidit. Regreſſus ergo ad ciuitatem gratias coram omnibus tam pio retulit patrono. *Et luſcus*

47. Nocte ſequenti trigeſimum primum diem. Quædam de caſtello nomine *Muratica*, iuxta portum Lignacum in comitatu Veronenſi, habens ſiniſtram manum clauſam, ſed & totam partem illam gutta paralitica perditam; hæc trigeſimo die obitus eiuſdem ſancti Præſulis, ipſius ad tumbam orans, ſana ſurrexit. *Ac paraliticus.*

De Comitatu quoque Mediolanenſi de *Plebe Roſade*, quidam claudus aducnerat, qui & multa iam ſanctorum limina ſic contractus, ſanitatem expetens, circuibat. Hic ad Sanctum tumulum proruens orationem faciens, ſanus continuo factus eſt. *Claudus ambulat.*

48. Die trigeſima nona. Accidit deinde, quod in multorum oculis iucundum fuit, & mirabile. Nam in * Litanijs, quæ *Gregorianæ* appellantur, dum innumerabilis hominum multitudo ad ciuitatem ſupradictam Mantuam concurreret, quidam de villa nomine *Fornicata*, & alia quæ *Blittole* dicitur, cum vexillis, & * al. Rogationibus.

ſan-

* al. Reliquiis. * ſanctuarijs, ſicut eſt conſuetudo, venientes, & ſecus viam conſpicientes ceruam vnam magnam, admoniti à quodam ipſorum presbytero, cæperunt omnipotentiam Dei inuocare, quatenus meritis ſanctiſſimi ſui ſacerdotis, ad quem deuoti pergebant, illæſam eis ipſam concederet, quod & ſic factum eſt. Nam quaſi fixa loco ſtetit quieta. At illi miſſo in collum eius quodam funiculo, ad vſque ſepulchrum venerandi Confeſſoris manſuetiſſimè perduxerunt. Factus eſt itaque turbæ concurſus inæſtimabilis. Alij pilos ipſius „tanquam veritatis indicium, rapuerunt; alij tantùm videre cupierunt, omnes autem æquanimiter mirati ſunt. Sed quia erat grauida, tantam ſuſtinere preſſuram non potuit, ad ſepulchrum tamen peruenit, ibique ſuccubuit, & paulo poſt, dum viuere non poſſet, occiſa eſt; cuius caro in benedictionem diuerſas per partes diuiſa eſt, quæ multis certè infirmis priſtinam reddidit ſaniratem. Sed non minus laudabile, ac glorioſum eſt, quod ſequitur.

Fera cerna cicuratur.

49. Reuertentibus enim eiſdem poſt completam orationem, quandam ad aquam venerunt, quam niſi nauigio transire non potuerunt. Vt autem manifeſtarentur opera Dei, nauis alteram in partem traducta eſt. Diù ergo expectantes, & aliquantulum triſtes, eo quod & ieiuni erant, ac fatigati recordantes, prioris miraculi, iterum inuocauerunt Deum, vt per merita ſui ſancti Confeſſoris Anſelmi tranſeundi daret conſilium. Vix precibus completis, & ecce nauis diſſoluta, abſque omni remige venit ad eos. Gratias itaque referentes Deo, eiuſque Confeſſori ſanctiſſimo, omnes tranſierunt incolumes, cuius ex nauis ligno diuerſis de doloribus perplurimi ſanati ſunt.

Nauis abſque remige ad ripam appellit.

50. Noſſe „ etiam volumus ſanctum deſiderium veſtrum, quod non aliundè didicimus, verum ipſi vidimus, & fecimus. Erat in obſidione cuiuſdam caſtelli

Digitized by Google

li veneranda, quam prædiximus, Comitissa, vbi Teutonicus quidam ictu petræ vulneratus est in capite, qui triduo post deductus est nostrum in hospitium, quatenus ibi, quem apud laicos non poterat, haberet tranquillitatem. Hunc deinde gutta, quam paralysim medici vocant, tam crudeliter inuasit, quod amens penitus factus est, adeo vt nihil sanè sentiret, neminem cognosceret. Vocati denique sumus & nos, quatenus iuncta ei pœnitentia communionem daremus; sed neq; pœnitentiæ quid esset, potuimus ei significare. Postremo, nec quid Deus esset, potuimus eum facere agnoscere, aut Deum, vel aliquem Sanctorum inuocare. Aestimabamus certissimè dæmonium illum habere. Vociferabatur enim, vt assolent insani, clamore valido, vnde inconuenientia multa, & nisi teneretur violenter, non solum vestimenta, verum etiam discerpsisset membra. Auditur vndique clamor, accurrunt plurimi, alij plangentes, alij admirantes. Audiuimus quoque nos in camera ipsius Dominæ lamentabilem illius vocem, quæ Diuino compuncta instinctu, ait ad me, vt anulum qui S. Anselmi fuerat, quem etiam B. Papa Gregorius aliquamdiù habebat, in aqua lauarem, quam bibendam sibi porrigerem, sperans quod meritis ipsorum liberaretur. Surgens ergo, & accepto anulo perrexi ad eum, quem inueni miro modo vociferantem, ac seipsum discerpentem. Nam licet eum quinque viri fortes tenerent, duo per crura, duoque per brachia, & vnus in capite, luctabatur tamen pectore, ac ventre magis, quam crederem, nisi præsens vidissem. Accepta itaq; aqua, anulum intus in nomine Domini posuimus, & aperto eius ore in magna violentia cum cochleari parumper eum vix primò potauimus, qui non multò post vocauit me ex nomine, atque incepit vocem meam agnoscere, & admonitus continuò inuocauit S. Anselmum, & vt breuiter dicam, post vnam, vt æstimo, horam

Vulneratur, & paralyticus sanatur.

Digitized by Google

ram meritis ſanctiſſimorum Confeſſorum, qui eodem anulo in diuino vtebantur officio, requieuit manſuetiſſime, & loquebatur rectè. Huic nempe miraculo multi intererant, qui præſentes viderunt, & audiuerunt, atque miſericordiam Dei in ſuis ſanctis Confeſſoribus glorificauerunt.

51. Hæc de beatiſſimo Patre, ac Patrono noſtro ſancto Anſelmo Lucenſi Epiſcopo, per pauca quidem quantum ad ipſius merita, ſed veſtris ſpero pijs deſiderijs proficientia, [94] Ego B.... peccator presbyter ſuus in pœnitentia, non dico filius, ſed ſeruus, ab ipſo multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus, venerabiliter vobis expetentibus explicaui deuotus. Precor vos orare pro me.

[95] *Quæ ſequuntur a Reuerentioribus conſcripta ſunt, ſicut ipſi aut viderunt, aut à fidelibus intellexerunt.*

52. Quadrageſimo nono die à ſancti viri tranſitu, ſole iam occidente, per famulum ſuum dignatus eſt Dominus oſtendere & hoc miraculum. Venit ad tumulum ſanctiſſimi Patris noſtri quædam de Epiſcopatu Cremonenſi, de villa, quæ dicitur *Canſer*, cui albulum vnius oculi lumen penitùs abſtulerat, alteri vero vix in die videndi facultas erat, quæ orationibus aliquamdiù inſiſtens, meritis ſanctiſſimi Præſulis, cæcati oculi claritatem recepit, alteri autem, cui meridies ad videndum antea vix ſuffecit, nunc crepuſculum noctis obedit.

Cæca illuminata.

Conuenerant ad vrbem Mantuam pro veneratione Sancti viri multitudo magna de ciuitate, & Epiſcopatu Brixiæ, interquos erant quidam ſub obtentu religionis, imò cauſa ſimulationis, ad quorum incredulitatem confutandam, & ad credentium, qui ibi aderant, fidem corroborandam, Dominus omnipotens ſuam oſtendit miſericordiam. Quidam enim ſenex de familia Manfredi, de loco, qui dicitur *Pigognata*, ob inciſionem

Digitized by Google

nem vnius genu, accedente quoque alteri * gutta occaſione huius inciſionis, officio pedum tribus menſibus caruerat, qui meritis Beatiſſimi Anſelmi priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati die quinquageſimo ipſius obitus. *Claudus ambulat.* * apoplexia.

53. *D. Mathildæ Vbaldus Mantuanus Epiſcopus gaudium, & lætitiam.*

Immenſo deſiderio veſtro deſideratam ſcribimus lætitiam. Fuit quædam de Capriana, quæ velut animal manibus, & pedibus incedebat, quam Deus omnipotens per merita ſanctiſſimi Patris noſtri erexit, & ad iter tantum, officio pedum, ſicut hominis natura expetit, frui conceſſit. *Epiſtola Epiſcopi Mantuani ad Mathildam de variis Anſelmi miraculis.*

Simile etiam remedium cuidam de inſula Parmenſi, quæ eſt iuxta caput *Parmulæ*, ſimiliter incuruato conferre dignatus eſt.

Præterea puer quidam de *Monte claro* manum, & pedem contractum habebat, cui Deus vtrumque precibus Beatiſſimi Præſulis ad certum vſum reſtituit.

Nec non mulieri cuidam de loco, quæ dicitur *Inſula Ogerij*, quæ manum aridam habebat, per eiuſdem Patroni noſtri interceſſionem optata ſalus aduenit.

Cuidam quoque puero de *Ripalta* viſum reddidit.

Quædam ſimiliter de Epiſcopatu Veronenſi, cum iam ciuitati noſtræ appropinquaret, oculorum claritatem recepit.

Quidam etiam de *Plouerzano*, cuius calcanei natibus indiſſolubiliter adhærebant, priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati, quem Domino, & religioſo viro Lugdunenſi Archiepiſcopo oſtendimus, & locum denotauimus, vbi calcanei iuncti fuerant. Quæ multi ex Epiſcopatu Brixiæ, & Veronæ, diuerſiſque alijs partibus, qui conuenerant pro veneratione ſancti viri in Vigilia Aſcenſionis Domini, videntes fieri, conuerſi ſunt ad Dominum, abrenunciantes Diabolo, & ſequacibus eius, & promittentes ſe priùs ad effuſionem ſanguinis peruẽtu-

Digitized by Google

ros, ſi ad id periculi deuenirent, quam ab hac fide deficerent. Hæc omnia in Vigilia Aſcenſionis Domini, & in ſequenti nocte facta ſunt, & multa alia, quæ pro multitudine inuenire non potuimus, quæ ſi inuenerimus [96] vobis ſcribemus.

54. Erat præterea quædam de caſtello, cui nomen eſt *Gudiciole*, quæ pede ex contractione genu terram attingere non valens, incedendo curua, vix duobus baculis infirmos ſuſtentabat artus. Hæc aliquot diebus ſancti Pontificis poſtulans miſericordiam, conſecuta eſt ſuæ infirmitatis ſalubrem medelam.

Sanguis fluxus reſtringitur.

Fuit pariter vir quidam nobili genere, *Adecherius* nomine, qui biduo ſanguine è naribus erumpente, velut de vena ferro percuſſa, de ſola mortis iam expectatione cogitabat. Sed dum iam omni medicorum adhibita cura prorumpẽtem ſanguinem non valebat reſtringere, interpellans ſanctum Pontificem, atque ad ipſius corpus ſe venturum deuotans, inſtantis mortis euaſit periculum, meritis & precibus Sanctiſſimi viri.

55. Miraculorum [97] quædam vel obliuioni tradita, vel antea incognita, nunc vero comperta notitiæ veſtræ præſentare cupio. Remeantes cum gaudio Brixienſes, de quibus nuper ſcripſi vobis, cum iam peruentum eſſet ad vadum, quod paululum eſt ſupra *Godium*, non reperta vlla naui, nullam in corde ſuo tulerunt moleſtiam, omnem in Deo, & ſancto Anſelmo ponentes ſiduciam. Moram itaque facientibus, quodam equo ex alia parte fluminis viſo, qui moriens & exhalans animam abſque cibo & potu per triduum ibi iacuerat, quidam ex eis indubitanter rogauit Deum, & S. Anſelmũ, vt ſurgeret, & omnes tranſueheret. Qui mox ſurrexit & ad transferendum eos ſe obtulit. Ecce quam magnifica Patris noſtri merita, ecce quam imperioſa potentia. Mortis lex frangitur, ſua iura mutari queritur, obnoxius morti eripitur, vitæ conceditur, vitæ reparatur,

Equus morien. tus ſanatur ad ſe ipſum.

Digitized by Google

ratur, vt seruis Dei obsequatur, & qui se ferre non poterat, ad ferendum onus se præparauit, & tam famulariter ad parendum se offert. Quasi ratione non careret, velle dicere videtur, si natura pateretur, cur me non ascenditis? cur me ad seruitium vestrum non exercetis? non sum ob aliud vitæ concessus, mortisque faucibus ereptus. Interea quidam nautæ videntes illos apud ripam manentes, nauigio ad transuehendum illos aduenere, sperantes se ab eis pretium habere posse: quam nauem intrauerunt, & fœliciter transierunt. Ecce quantum equus laborat, vt se obedientem exhibeat, & quantum nititur, vt obsequendi voluntas manifestetur. Sed quod ore non loquitur, hoc gestu corporis profitetur. Transgrediente quippè naui transgreditur, reuertente quoque illa reuertitur. Postremo transuectis omnibus ad locum, vnde venerat, perrexit, ibique paulo pòst vitam finiuit.

56. Fuit puer quidam Cremonensis, à compluribus vicinis suis ad tumbam sancti Viri allatus, qui manū aridam habebat, & eius salutem reuerenter, & cõfidenter, & prę magna confidentia quasi minitanter postulabant, dicentes: Pijssime Præsul S. Anselme, Confessor Dei, exaudi nos pro hoc famulo tuo orantes, si quid in vita à te meruimus; si prædicationem tuam fideliter accepimus; si fidem incorruptam seruauimus, si contradicentibus tibi constanter restitimus, exaudi nos, adjuua eum, & libera. Multos sanasti ex infidelibus, vnum saltem concede fidelibus, ne fortè insultent nobis inimici, dicentes; Nunc apparet quam grati, quam fidei in vita extitistis. Si vos in vita dilexisset, in morte quoque vos honorificasset. Sed quoniam vos indignos, abominabiles, contemptibiles esse iudicauit, à tanta gratia alienos vos fecit. Repelle à nobis, pijssime Pater, hoc opprobrium, & citò profer nostrum gaudium, monstra te nobis propitium, in quem semper respexi-

Manus arida curatur.

mus vnicum, quem nobis inſpiciendum proponimus ſpeculum, à quo poſtulamus auxilium. Illis ergo deuotè adeo orantibus, quam rogabant ſalutem, eorum precibus puer eſt conſecutus. Quam etiam quidam, Hermannus nomine de *Scorzariolo*, qui manum ſimiliter contractam habebat, eſt adeptus.

Et contracta.

57. Præterea mulier quædam, quæ humum cernua ſemper ſpectabat, quæ niſi fuſte ſuſtentata ire non valebat, apud tumulum memorati Patris, multis videntibus eſt erecta, cuius locum non notaui, quia præ multitudine inueniri non potuit.

Curua mulier erecta.

Tertia vero die, Aſcenſionem Domini antecedente, duo facta ſunt mirabilia. Quædam namque de Epiſcopatu Cremonæ de loco, qui dicitur *Caſa Anſerij*, quod per octo annos amiſerat, intercedente ſanctiſſimo Patrono, lumen recepit.

Caca videt.

Ipſa quoque die, mulier quædam de Abbatia *Leonenſi*, dexteram habens aridam, quam contractis neruis brachij, fere iuxta humerum ſemper tenebat, contractoque genu eiuſdem lateris humum digitis pedis ſummotenus vix tangebat, apud tumulum ſancti Patris noſtri vtriuſque mali ſoſpitatem inuenit.

Arida & contracta ſanatur.

58. Inter illa, quæ in Aſcenſione filij ſui Deus per famulum ſuum magnificè operatus eſt, mirabiliter admirandam eius virtutem poſtea mihi declaratam ab eodem, cui ſalutis author ſuam contulit medicinam, deſiderio veſtro deſideranter notifico. Quidam enim fuit de villa veſtra, quæ eſt prope *Reſinam*, nomine *Giliana*, qui non tam renum rectitudinem dolebat ſibi fuiſſe negatam, quam manuum virtutem omnino ereptam: adeo gutta immaniter perurgente tremebant, quod nihil agere, nihilque tenere valebat. Huic itaque per viſionem Dominus reuelauit, quod ſi ad tumulum ſanctiſſimi Anſelmi ſe venturum reuerenter ve-

Tremula manus & ſolidatur reuersa ſanatur.

Digitized by Google

ueret, vtriuſque infirmitatis ſalutem illico ſe adeptum gauderet. Hic ergo euigilans, viſionem ſecum cogitans, neſcius quid ageret, ambiguus quid crederet, reuelationis incredulus, ſalutis tamen cupidus quoſdam bonos homines ſuæ viciniæ ad ſe acciri fecit, narrataque viſione, vouendi ſe, ab eis conſilium recepit, factoque voto ſtatim conualuit.

59. Item mulier quædam de *Foſſa Capraria* renibus incuruata, pedum ſeruitio priuata, eorumque loco fultium auxilio diù potita, cum iam acceſſiſſet ad tumulum Patris noſtri ſole iam decidente, tam grauis, & variæ infirmitatis ſubito ſoſpitatem recepit. *Curua & claudi rectificatur.*

Quod mihi quædam matrona mulier honeſta, mater *Ioannis de Perſico* retulit, vobis quoque referendum putaui. Hæc fide plena, Dei amore perfecta, ſanctiſſimi Anſelmi diſciplinis inſtituta, ſuorum presbyterorum officium propter excommunicationem ſpernens, quadam die, dum à circumſtantibus quæreret, vnde aliquem dignum, & ad celebrandam miſſam idoneum habere poſſet? quidam de *Caſali Maiori* adſtãs dixit: cur veſtrorum presbyterorum miniſterium contemnitis? propter amorem, inquit, & prædicationem ſanctiſſimi Anſelmi, pro cuius meritis Dominus Omnipotens quotidie facit mirabilia. Qui dixit, nunc vos deprecor in toto corde rogetis eum, vt ſi aliquem erexit, ſicut creditis, me contrahat, aut ſi quem illuminauit, mihi lumen auferat. Vix finita prece, vltionem Dei ſenſit adeſſe, & continuo flectens ſe in latus, multum claudicare cæpit. Hæc autem videns hoc, cœpit intentius rogare Deum, vt adhuc augeret ſupplicium ſuper incredulitatis filium, & confeſtim dolor tantum creuit, quod vix ad hoſpitium perrexit, & quaſi mortuus eſt relictus. Huic ergo Matronæ venienti, vt gratias Deo, & ſanctiſſimo Anſelmo referret, quidam de *Monticulis Guiberti* bene notus, ei obuians, iam ab vrbe egre- *Anſelmi virtuti detrahẽs punitur.*

diens

diens magnum ſibi, quod contigerat, narrauit miraculum. Quadam nocte cum iuiſſet ad flumen *Olium*, vt hauriret aquam porrecto vncino, quoniam ripa fuerat alta, decurſus aquæ ſibi ſitulam abſtulit, allataque face, quoniam nox obſcura erat, cum videret à fluminis vertigine abduci, rogauit S. Anſelmum, vt eam ſibi redderet. Facta autem prece, cum depoſuiſſet vncinũ, & vix per duo brachia appropinquaret aquæ, continuo anſa ſitulæ ſe eleuauit, & vncino ſe applicauit.

Situla ſubmerſa reßituitur.

61. Per merita eiuſdem ſanctiſſimi Patris noſtri quædam monacha de Vltramontanis partibus, de villa, quæ dicitur *Gamudium*, iuxta Caſtrum *Ciſne* ſita, vnius oculi lumen recepit, & de altero gratia Dei nunc clarius videt, vnde paululum videbat.

Vſum recipit caca.

Quædam mulier de Epiſcopatu Cremonenſi, de caſtro nomine *Benengo*, quod eſt ſitum iuxta *Iouiſultam*, habebat puerum decem annorum, qui nondum à diebus natiuitatis ſuæ neruis contractis nouerat greſſum. Huius ergo ſalutis mater cupida, deuotione plena, fide perfecta, eum ſe laturam ad venerandum vouit, deferenſque iam feſſa propter onus, cum accederet ad *Marcam Regiam* depoſuit, cuius fide, & deuotione, qua ſemper caruerat, ſalutem mox inuenit.

Greſſum claudus.

62. Præterea quædam mulier de *Vuartalla* in ſomnis præmonita, reuelationi credula, venit ad implorandum ſancti Patris noſtri ſalutare ſuffragium. Hæc adeo hydropico morbo laborabat, quod ſe ferie non valebat, eius namque corpus tantum intumuerat, quod ſe quin creparet, vix continere poterat; nec iam dicendum corpus, ſed potius truncus, nec vlla hominis in ea videbatur ſpecies; ſed tota deformis, & quædam mortis facies, articuli enim manuum & pedum in ſolidum abierant. Nam ſi forma, & oculorum orbitas perierant, mors potius quam vita inſtabat, & de ſalute tamen non deſperabat. Dignum ergo fuit, vt ſanctiſſimus

Hydropica ſalutẽ.

Digitized by Google

tiſſimus Anſelmus huic ſalutis tribueret gratiam, à quo tantum expectabat medelam, quam ſequenti nocte lætatur ſe eſſe adeptam.

63. Sicut à Comite *Guifredo*, & à *Sigifredo de Bouedo* eius milite, modo didici, ſcribo vobis, & Abbatiſſæ S.Pauli de Parma. Mantuæ manentes eius milites auditis ſignis de S.Viro, ad cuius venerandum tumulum ire volentes orationis cauſa, rogauerunt quendam nomine *Albericum*, filium *Alberici* de Palmia, vt ſecum iret pro delictorum ſuorum petenda venia, ſicut (inquit ille ore ſtulto & liuore pleno) irem ad Aſinum, ita vadam ad eum, niſi fortaſſis deriſionis cauſa ad eius impetrandum auxilium. At illi redarguentes, & contumeliam inferentes, tandem, vt ſecum veniret, eum compulerunt. Heſterno autem die quidam contractus, fuerat ſanatus, quem ad tumbam proſtratum videre cupientes, acceſſerunt, & reuerenter orantes, tumulique lapidem oſculati lætantes redierunt. Ille autem vt videret, qui liberatus fuerat, pariter volens accedere, à ſepulchro tanquam indignus & blaſphemus duobus fere paſſibus prohibetur, pedibus grauiter, & pigriter hærentibus. Hic vero credens crura ſua faſciolis ſtricta exuit, & comperiens id ſibi non obfuiſſe, iterum intrauit, vltra eundem terminum non valens pergere. Ille autem dolens ſeſe toties eſſe repulſum, egreſſus eſt cum pudore, admirans, & ſtupens quamobrem id ſibi contigerit. Interea cæcus quidam illuminatus eſt: cognouit ergo ſuam ſtultitiam, & maledicti pœnitens, fleuit amare. Denique cum Canonicis pro ferendis laudibus à S.Andræa rediens, multis ante ianuam S.Petri profuſis lacrymis, ad tumulum S.Patris noſtri ſicut cæteri, meruit accedere; quod ne ſocij ad contumeliam ſibi obijcerent, tacuit; ſed nunc ad gloriam Dei, & ſanctiſſimi Anſelmi vbique prædicat, quod ſibi contigit.

Blaſphemus veniam.

Cum

64. Cum veniſſent aliquot Brixienſes ad venerandum tumulum Patris noſtri, obuiauerunt cuidam pauperi ſimiliter venienti pro ſalute petenda de Epiſcopatu Cumano de *Valtelina*, qui curuus niſi fuſtibus ſuſtentatus incedere non valebat, quem ſecum duxerunt, & pro charitate ſanctiſſimi Anſelmi commeatum ei dederunt. Ad quorum fidem confirmandam, & deuotionem augendam Dominus per interceſſionem prædicti Patris x. Kalend. Iunij, nocte iam appropinquante hunc erexit, & abſque baculorum ſuſtentatione ire conceſſit.

Curuus rectitudinem.

Præterea cuidam puero à diebus natiuitatis ſuæ ſurdo & muto, paulo poſt migrationem ſanctiſſimi Anſelmi, eius meritis, nobis neſcientibus reddidit auditum. Nunc vero ſecundo die intrantis menſis Iunij circa horam nonam eius linguæ ſoluit vinculum, iuxta illud quod in Euangelio legitur, *bene omnia fecit, ſurdos fecit audire, & mutos loqui*.

Surdus, & mutus audit, & loquitur.

Marci 7

65. Aliud quoque miraculum, quod confratre *Vitali* Brixienſis Eccleſiæ presbytero, religioſæ vitæ viro, alijſque pluribus referentibus didici, Paternitati veſtræ venerande Pater, Mantuane Pontifex, me *Vgonem* ſcribere, vt iuſſiſti, non piguit. In villa, cui nomen eſt, *Murana*, mulier erat quædam, filiam habens linguæ officio, & pedum ita priuatam, quod niſi alio deferente aliquo modo, nullatenus ſurgere valebat, quæ cum ex more portaret extra domum contractam filiam, tædio quotidiani laboris ſuſpirans, inquit: Pijſſime Deus, per merita ſanctiſſimi Confeſſoris tui Anſelmi miſertus meæ tribulationis, aut miſeram hanc pene mortuam ſanitati reſtitue, aut eam de præſenti vita auferendo me à tanto labore erue, alioquin hic eam tibi relinquo, fac quod placet, quia nullum pro ea laborem patiar deinceps. Quo dicto, mox abijt, filia deſtituta, vt dixit. Modicum autem facto temporis inter-

Muta loquelam, claudus greſſum recipit.

Digitized by Google

interuallo, domum remeans, quam ſanctiſſimo Anſelmo reliquerat, inuenit ſanam, & quæ paulo ante lingua ligata fuerat, audiuit expeditè exprimere verba. Quod factum mulier admirans, & gaudens, Domino, ſanctoque Præſuli reddidit laudes pro filiæ recepta ſanitate.

66. Presbytero quoque *Ottone* laudabilis vitæ viro narrante, & quibuſdam Cremonenſibus ciuibus conteſtantibus, aliud cognoui miraculum, quod filentio minimè eſt prætereundum. Quadam die equitantibus extra ciuitatem aliquot Cremonenſibus, cœperunt vario inter ſe ſermone referre quædam miraculorum, quæ Dominus operatur meritis ſanctiſſimi Confeſſoris Anſelmi. Cumque ad inuicem hæc reuoluerent, quidam eorum, vt mentis erat perfidæ, exprobrando eis, interrogabat, an huiuſmodi vanitates crederent, vel quod Deus per eum miracula oſtenderit? Quibus reſpondentibus, proculdubio hunc famulum Dei eſſe ſanctum, & multis miraculorum ſignis qualificatum. Inquit ille perfidus, ſi eſt vt diçitis, Sanctus, vel ſi alicui reddidit greſſum, nunc contrahat, in quo ſedeo, equum; ſicque factum eſt. Nam paululum progreſſus mox contractus ſtetit, cui inſedebat, equus, atque prædictus homo infirmitate præuentus diù laborauit, donec ad ſanctum corpus ſuppliciter ire deſtinauit. *Incredulo fides extorquetur.*

67. Quod etiam matre mea de ſe narrante cognoui, non eſt tradendum obliuioni. Die quadam ſubitò ſuperueniens gutta, ita vnius oculi lumen ſanguine cooperuit, quod recto viſu terram etiam ſpectare non valuit. Vrgente eam itaque oculi dolore, confugit ad S. Confeſſoris tumulum, ſuppliciter his verbis poſtulans ſuo dolori ſubſidium. Sanctiſſime Confeſſor, ſalubrem mihi confer medicinam, nam nullum niſi te quæram medicum; tu meæ infirmitati ſalubre vales conferre ſubſidium. Confricato itaque oculo ad tapetem, quo *Oculi gutta abigitur.*

Digitized by Google

regitur Sancti corporis arca, cum remearet domum (huic ego ſum teſtis) mox noxia gutta receſſit.

Vide §. 65.

68. Relatione confratris Vitalis, Laudenſis Eccleſiæ presbyteri, in multorum audientia ſicut & cętera, rem dignam memoria cognoui. Quia huic facto præſens interfuit, & huius fides, & vita iam dudum in Dei rebus probata eſt, fidem eius teſtimonio adhibendam indubitanter demonſtrat. *Arialdus* ſanctiſſimi Confeſſoris Anſelmi frater, quandam habet quinque annorum filiam, quam febrium vis fatigabat, & inſuper ex ipſius auriculæ foramine gutta, quam dicunt, fiſtulam generante, putredo quædam aſſidue guttatim ſtillabat, quæ etiam approximantibus ſibi faſtidium generabat. Prædictæ puellæ parentes particula, quam habebant de ligno nauis (cuius miraculum ſuperius eſt prænotatum) lota, aquam ablutionis ſuæ filiæ dederunt bibere, inuocantes ſanctiſſimum Confeſſorem nepti ſuę ſubuenire, qua hauſta præfata puella vtraque infirmitate, mox eſt liberata.

Febris depellitur, auris aſſecta ſanatur.

Vide §. 49.

69. Rem, quam in præſentiarum enarro, ſub D. Comitiſſæ Mathildę narratione didici, & teſtimonio, cuius atteſtationi indubitanter credendum cognoſcimus, ex ipſius probata fide, & religioſis moribus, quod etiam mihi pariter innotuit, aſſerente eadem puella, cui hoc contigit. Nocte quadam, repentè dolor, vt ſæpe, puellam *Athelaſiam* nomine, *Azonis Marchionis* filiam, exiſtentem in prædictæ Dominæ camera, in parte ventris acriter torquens, magnos cogebat dare clamores. Interrogante autem prædicta Domina, quid ageret? Reſponſum eſt eam S. Anſelmum frequenter ſibi in auxilium inuocare. Cumque ex præcepto ipſius Dominæ puluinar, in quo S. Præſul viuens ſolitus erat ſedere, illi parti corporis, in qua dolor imminebat, fuiſſet impoſitum, mox clamauit puella, omni dolore ſe liberatam.

Dolor vetris abigitur.

Viro

Digitized by Google

70. Viro quodam, *Conſtantino* nomine, aſſerente, rem cognoui præterea memoriæ commendandam. Superueniens infirmitas vni puero, cuiuſdam militis ſcutario, in tantum vocem ſuffocauerat, quod ab aliquantulùm à ſe remotis vix audiri poterat. Et quia Dominum ſuum clamore intercluſæ vocis vocare non poterat, habebat cornu, cuius ſonitu, in quo eſſet loco, ſibi innuebat. Hic itaque cum prænominato Conſtantino ad S. Confeſſoris tumulum ſuffocatæ vocis deuotè poſcens remedium, ita ſoſpitatem adeptus eſt vocis, quod nunc valet audiri à multùm etiam remotis. *Vox ſuffocata clarificatur.*

71. Prædictus Conſtantinus, completa deuotè oratione, puluerem de lapide Sepulchri S. Confeſſoris, cum deuotionis reuerentia raſum, & à cuſtode reuerenter ſuſceptum, ſecum detulit, quem aquæ mixtum cuidam mulieri, vi febrium nimium laboranti, inuocato auxilio ſanctiſſimi Præſulis ad potandum tribuit. Vt autem mulier aquæ potum hauſit, fugata omni paſſione febris, mox euaſit. *Febricitanti ſanatur.*

Vir quidam Mantuanæ ciuitatis ciuis, *Odde Martini Canenary* dictus, tanti doloris cogebatur anguſtia, quod frequenter præ dolore totum corpus cooperiebatur ſudoris aqua, & quia nimij doloris torquebatur inſtantia, dicebat, ſe hac ſola poſſe ſanari medicina, ſi veſtibus conſciſſis, permitteretur cultro findere & pectus. Cum autem de ſola mortis expectatione cogitaret, allatum eſt puluinar, in quo S. Præſul in carne manens ſedebat; quod vbi ipſius pectori fuit ſuperpoſitũ, S. Præſulis inuocato nomine, ſtatim diſceſſit omnis dolor. *Vehemẽs dolor abigitur.*

72. Relatione *Guidonis* & *Vitalis*, Lucenſis Epiſcopatus honeſtæ vitæ presbyterorum, atque pariter ſub teſtimonio *Allucienis* Lucanæ ciuitatis nobilis viri, rem, quam narro, cognoui, qui præſentes interfuerant huic miraculo. Vir quidam manum iuxta brachium contractam habebat, cui prædicti *Allucionis* frater ex pie-

tate in domo ſua neceſſaria longo tempore miniſtrauit: Præfati vero presbyteri, atque parirer iam nominatus *Allucio* confidentes maxime de miſericordia ſanctiſſimi Præſulis, hominem manu contractum deduxerunt ad quandam Eccleſiam, in qua prædictus *Guido* presbyter, quædam S. Præſulis pro reuerentię honore condiderat veſtimenta. Orantibus itaque illis vnanimiter, atque poſtulantibus deuotione multa, vt Deus ad confutandam, & ſuperandam [98] Petri hæretici, & inuaſoris Lucanæ Eccleſiæ nequitiam, in hoc homine declararet ſanctiſſimi Præſulis admirabilem gloriam, ſanatus eſt homo, cuius manus erat contracta. Prædicti itaque Sacerdotes ſpectantes tam præclari facti lætitiam, ne Domini occultarentur magnalia, ex præcepto obedientiæ ſanato homini iuſſerunt, eleuata Cruce properare in Lucanam ciuitatem, vt populorum turbæ ſpectantes per hanc Domini miſericordiam mirabiliter ſanum, quem paulo ante nouerant contractum, vel ſic pœniterent, quia S. Præſulem ſanctitatis vitam prædicantem, ſine cauſa, ſede propria expulerunt; vt qui verbis ipſius noluerunt credere: vel tam euidentibus operibus crederent. Sed *Petrus* hæreticus, qui etiam mittens manum in Chriſtum Domini, non timuit præſumere S. Pontificem de propria expellere ſede, & ſibi eam nefandè arripere, indurato corde viſis ſignis, & prodigijs, adhuc perſeuerat in incrudelitate ſuæ nequitiæ. Conſiderans denique ille nefandus hoc ad confuſionem, & detrimentum ſui euenisſe, tentauit ſanatum hominem in cuſtodia retrudere, volens huius rei ſignum tali perfidia occultare. Sed quia verbum Dei numquam eſt alligatum, timens populum in ſe hac de cauſa concitatum, confuſus permiſit abire, quem habebat recluſum.

Manuſcō tractato boratur.

Petri intruſi epiſcopi perfidia.

73. Sub teſtimonio eorundem virorum pariter, & aliud cognoui miraculum mirificè mirandum. Hominibus

bus loci, cui nomen eſt *Caſtellonium*, diu alteque puteũ fodientibus, venam aquæ nulla arte, nullo ingenio reperire poterant. Cumque iam longo labore fatigati de aquæ inuentione deſperantes, inani operi vellent deficere, cœperunt ſe adhortari dicentes ad inuicem: inſtãtia orationum, & eleemoſynarum largitione deprecemur vnanimiter Dominum, vt meritis ſanctiſſimi Præſulis Anſelmi, nobis concedat aquam reperire, pro qua inuenienda diu fruſtra inſudauimus. Facientibus itaque illis eleemoſynarum charitatem pauperibus, ſubito aduenit puer nuntians in puteo abundantiam aquæ repertam. *Vena aquæ mirabiliter aperitur.*

74. In litteris Archidiaconi Taruiſinæ Eccleſiæ, D. Mathildæ directis, & nuntij relatione, qui eas detulit, hæc res mihi & pariter multis alijs innotuit. Erat vir quidam *Lanzo Iudex* nomine, Mediolanenſis genere, Taruiſinus habitatione, qui ficus ægritudine vehementer virente, & guttæ morbo grauiter eum in pedibus feriente, & greſſu fuerat priuatus, & requies ſomni penitus ſibi nulla dabatur. Et quia viribus iam deficientibus in lecto vix ſe reuoluere valebat, funiculus ſupra lectum fuerat ligatus, cuius adiutorio ſe mutabat in quodlibet latus. Die igitur quadam tractis ſuſpirijs, & profuſis lacrymis, cœpit orare his verbis: Deus meritis S. Anſelmi, cuius audio admirabilem gloriam, oſtende in me etiam ſuæ virtutis clementiam. Sancte Confeſſor, memento familiaritatis, quæ nos in ſcholis ſocios iunxerat, proſint mihi, pijſſimè Præſul, quòd perſæpe miſ cui tecum amicitiç verba, ad venerandum tuum tumulum veniam, ſi præſtas ſanitatis lætitiam. Tota itaque proxima nocte ſopore ſomni arreptus, quieuit vſque in craſtinum. Facto autem mane ſentiens ſe conualeſcere, mox incepit confidenter ire, ſicque S. Præſulis miſericordia liberatus, nunc gaudet ſe optime ſoſpitatum. *Ficus & podagra abigũtur.*

Præ-

Digitized by Google

Surdus & mutus vtroque malo liberatur.

175. Prætereà adoleſcens quidem auditus & linguæ officio à natiuitate priuatus fuerat, qui plus menſibus duobus nobiſcum demorans, ſuæ infirmitatis certam nobis, ex multis alijs dederat notitiam. Hic quater vidit in ſomnis ſibi roganti S. Pontificem, & aures iuxta Sancti tumulum ſibi aperiri, & vinculum linguæ pariter diſſolui. Veniens igitur, vt fuerat præmonitus ad ſanctum corpus, mugiens, & pectus tundens pro viribus, ſanctiſſimi Præſulis deuotè poſcebat præſidium. Aliquot itaque diebus inſiſtens orationi, & auditus conſecutus eſt lætitiam, & diſtinctè loquendi plenam efficaciã, quod præſentes vidimus, & ferè cunctus populus noſtræ Vrbis.

Cæca videt, & dolore capitis liberatur.

176. Prætereà mulier quædam fuit longo tempore luce priuata, quam accedente gutta, ad tempus tantus dolor capitis vexabat, vt furioſa præ anguſtia, propria roderet membra. Hæc vtique hortatu, & adiutorio *Opizonis de Gonzaga* ad S. Confeſſoris deducta tumulum, & guttæ liberatur anguſtia, & lucis pariter conſecuta eſt lætitiam, cuius præteritæ infirmitatis prædictus *Opizo* adeſt teſtis, qui corporis alimenta ex pietate diù ſibi præbuit in domo ſua. In prædio Canonicorũ B. Petri, in loco cui nomen eſt *Villa S. Laurentij*, mulier fuerat quædam, cui naſus horribiliter intumuerat, & calor intrinſecus vrens, ſaniem emittebat. Hæc deuotè Sanctum depoſcens Præſulem, conſecuta eſt deſideratam ſalutem.

Nasus ad ſectus curatur.

Cæco lux redditur.

177. Item quidam puer de *Saniola* gaudio lucis priuatus fuerat, qui rediens à Cremona ad S. Præſulis feſtinabat tumulum, à quo paucis diebus diſceſſerat. Properans itaque ſitienter ad Sanctum remeare corpus, ad lapillos ſæpiſſime allidebat pedes, vtpote homo, qui ſibi aduerſa nullatenus rectè proſpicere valebat. Dolens ergò, & gemens S. Confeſſorem poſcebat ſuppliciter, vt calamitatem tantam dignaretur reſpicere. Taliter igitur

Digitized by Google

igitur oranti in via dum veniebat, occurrit desideratę lucis medela.

Pariter quidam de Episcopatu Taruisino, lumina ad proprium vsum laxare nequibat. Hic quoque veniens ad venerandum tumulum, recepit optatæ lucis gaudium. *Item alteri.*

78. Puella quædam pariter fuerat in villa, cui vulgaris vsus indidit nomen, *Mairana*, à ciuitate Brixia nõ multum remota. Huic & linguæ vsus intercluſus fuerat, & aliquot membrorum præter manum dextram, suo officio fungi nequibãt. Hanc miserabilis mater seminecem spectans deuota deuouit, se eam delaturã ad sanctissimi Confessoris misericordiam, quasi altera Cananæa pro filia rogatura. Iuxta igitur sui voti promissionem, parentibus eam deferentibus, puella in via, & linguæ recepit officium, & omnium membrorum vsum. Quam iuxta Sancti sepulchrum gratias Deo referre vidimus; & ipsius Patrem huius rei dantem testimonium. *Et muta loquela.*

Conuenientibus multis ad Sanctum corpus pro impetrandâ suæ iusirmitatis medela, quidam quoque de loco *Carpum* nomine, vltra *Athesim* posito, portui de *Lignano* proximo, adueniebat, qui manum habens contractam, & brachium ariditate inualidum, in ipso itinere recepit salutis beneficium. *Brachio affecta sanatur.*

79. Item cognouimus rem memoria dignam, narrante de se ipsa D. Mathilda, venerabili Comitissa, cuius testimonio fidem facit, & fides eius probatissima, & vita pariter religione plena. Prescripta Domina multis diebus febribus pernimium laborauerat, & capitis dolor violentiùs ipsam fatigauerat. Cum verò die quadam ex more, missarum solemnijs adesset, enitens dum legebatur Euangelium, erectam esse in pedibus, fatigata infirmitate mox decidit. Aderat vero iuxta se ob reuerentiam in capella, Episcopi lignea tabula posita, in *Mathilda febre liberatur.*

qua

Digitized by Google

qua exhalato ſpiritu ſanctũ corpus ad funeris exequias latum fuerat. Suppliciter igitur depoſcens Sancti viri præſidium, ac per tabulam prædictam deducens frontem, illico liberata eſt capitis dolore.

Et moleſta impetigine.

80. Non multis poſt diebus tranſactis, non modicæ ſcabiei fracturæ ipſius Dominæ manus, & corpus totũ ferè immaniter repleuerant. Cum verò præ manibus haberet Epiſcopalem anulum, quo Dei Pontifex vtebatur in miſſarum celebrationibus, cœpit ſecum conferre, quod merita S. Præſulis poſſent ſibi ſubuenire ad tactum etiam anuli, cum quo ipſe quam plura ſacrificia Deo obtulit, ſicque ipſum anulum fracturis ſuperponens, ab ea die ſanata eſt ab illa ipſa inualetudine.

Vide §. 50.

Atq; oculorum infirmitate.

Paucis poſt diebus præteritis, præfatæ Chriſtianiſſimæ Dominæ acies viſus adeo interturbata fuerat, quod de nocte lectioni ex more operam dare formidabat. Inter miſſarum verò ſolemnia tenente ea præ manibus vnam orationem, quam S. Pontifex eidem Dominæ propria manu ſcripſerat, in vſu orationis ſibi habendam, chartam, qua continetur prædicta oratio ſcripta, oculis ſuperpoſuit, & abſterſit, & deinceps recepta lucis claritate vt prius, nocte & die non expauit lectioni inſiſtere.

Chyragra pellitur.

81. Euerardus quidam, Francigena genere, ordine presbyter, nobiſcum nuper aderat, cui ambos minores digitos vnius manus gutta ſubito ſuperueniens, rigidos reddiderat, & partem palmi pariter, & iuncturam, qua manus brachio nodatur, adeo corripuerat, quod ad nullius officij vſum eam inflectere valebat, & quia totius brachij vires etiam defecerunt, corrigia in collo ligata ſuſpenſum brachium ſuſtentabat. Prandente eo cum ipſius conſocijs, aduenit quædam paupercula ex caritate S. Anſelmi petens ſibi dari eleemoſynam, qui fractum panem manu ſua porrigens, mox ſanatus eſt à prædicta infirmitate.

Quod

Digitized by Google

82. Quod in præſentiarum enarrare contendo, nullus peruerſa mente fictitium vel fabuloſum contendere præſumat. Teſtis adeſt huius rei idem ipſe, qui confractis non modicis catenis, præſidio ſanctiſſimi Confeſſoris Anſelmi, mirabiliter eſt liberatus de anguſtia carceris. Conteſtantur pariter catenæ confractæ. Præſentibus Epiſcopis, audientibus populis prædicauit & prædicat ſuæ captiuitatis miſerabilem ærumnam, & ſuæ liberationis prædicandam lætitiam. Creſcente, ſicut vbique terrarum notum eſt, validæ perſecutionis tempeſtate aduerſus ſanctum Gregorium Septimum, dignũ Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicum, pro veritatis, & iuſtitiæ prædicatione, atque pariter contra totius Romani Imperij Catholicos, Chriſtianiſſima Comitiſſa D. Mathilda pro Eccleſiæ defenſione totis inſudauit viribus. *Vbertus*, *Ardicionis* filius, ex prædictæ Dominæ Capitaneis vnus, vt in hac perturbatione de eius fidelitate, & ſeruitio indubitanter ipſa Domina confideret, inter multas alias fidelitatis promiſſiones, omnes quibus ſuarum arcium cuſtodiam commiſerat, iurare compellit, fortitudines arcium, quas cuſtodiebant, ſupra nominatæ Dominæ poteſtati liberè tradituros, ac deinceps in eiuſdem fidelitate permanſuros, ſi idem *Vbertus* aliquid infideliter aduerſus eam Dominam faceret, vel quid piam malitiosè tractaret. Pòſt capto Vberto ob ſuæ infidelitatis nequitiam, homines illius contra iuramenti ſponſiones, non timuerunt quidquid iniuriosè poterant, agere aduerſus eãdem Dominam, Ex quorum numero quidam *Lanfrancus de Piola* nomine, officio miles, quia ipſorum peruerſitatibus inhærere renuebat, inſidijs traditorijs, ab eiſdem captus, & à tempore Auguſti vſque ad viij. Kalend. Aprilis, & duro carcere eſt affectus, & non modicis catenis eſt adſtrictus. Ijdem quoque malitioſi cogitabant, quomodo poſſent ei vitam eripere, nec tamen volebant cognoſci, eorum ingenio hoc factum fuiſſe. *Captiuus liberatur.*

Digitized by Google

fuiſſe. Cumque tot anguſtijs aſtrictus ſolam mortem expectaret, in Vigilia S. Pontificis Anſelmi arrepto ſomno viſum ſibi eſt ſanctum Præſulem ante ſe deambulare, habitu, quo ipſe adhuc in carcere ſolebat incedere. Ad quem mox exclamans, inquit: S. Anſelme, quam apte, quam vtiliter tibi ſeruiui multoties: ſeruitium meum te bene remuneraturum promiſiſti mihi perſæpè. Ecce ærumnas meas reſpice, & quia vales, ſubſidium affer. Et quoniam nequaquam deceptor es, promiſſiones tuas nunc adimple, nunquam conuenientius mihi, quam nunc potuiſti rependere mei ſeruitij munus. Saltem Eccleſiæ me reſtitue, quam intrare me prohibent. Ad quem piiſſimus Dei Pontifex inquit, ne timeas, Eccleſiæ te ego reſtituam. Mox viſum eſt ſibi in Eccleſiam quandam ſe ab eo deduci, & ſignari, & benedici: cui mox dixit: ecce Eccleſiæ reſtitutus es. Ad quem homo ille: me redditum, inquit, Eccleſiæ ſatis gaudeo, ſed adhuc auxilium tuum Domine imploro. Quem S. Pontifex piè conſolans ait: Ab hodie octauo die, & cultrum meum tibi mittam, & neceſſarium auxilium impendam. Itaque die octauo occurrente, venit ad eum quidam *Regina* ciuitatis, ante incognitus, acutiſſimam limam deferens ſecum. Qua data videntibus cunctis, nec contradicentibus, qui aderant, cuſtodibus, compedes, & catenas reſcidit velociter. Dubitante vero eo præ cuſtodibus, exire ſubito, ſanctiſſimus Confeſſor aduenit, atque viſa eſt D. Mathilda adueniſſe, multitudine hominum ſubſequente. Cui cum diceret, quid expectas? exire ne differas; ſurge confidenter; ſurrexit videntibus cuſtodibus, & exiuit illæſus.

83. Præſentis narrationis miraculum eſt nobis notificatum ſub multorum audientia, narrante, & conteſtante eadem, cui hoc contigit, fœmina. Aeſtatis tempore nuper præteritæ, quædam fœmina de *Ripalta* ad labo-

by Google

laborem mendicarum in campos ex more exierat, suam secum ducens filiolam. Eo vero tempore luporum pestis adeo excreuerat, quod etiam à conspectu parentum pueros rapere non formidabant. Cumque, vt dixi, in campis existeret, lupus repente filiam sibi sumpsit. Vt autem misera mater dilaniatam a fera deportari vidit filiam, quibus valebat vocibus sanctissimum interpellabat Anselmum, vt sibi, & miseræ filiæ ferret subsidium. Mox pijssimi Præsulis inuocato nomine, rabida illa fera ab ore proiecit puellam, iterum non audens tangere, sed à longè prospiciens eam. Mater vero anxia, confisa tamen de sanctissimi Confessoris subsidio, festinauit ad adiuuandam filiam, quam cum deduceret, lupus sequebatur vtramque. Sancti itaque Præsulis clamitans sæpe subsidium, tandem feræ illius fames est refrænata, & vtraque fœmina ab illius morsibus liberata.

Puella à lupi faucibus eripitur.

84. Quod præsentes vidimus, nequaquam silentio prætereundum duximus. Mulier quædam cruribus sub se retortis contracta, manibus, & natibus totum corpus gestabat. Hæc diù S. Pontificis postulans præsidium, erecta est ad venerandum tumulum, quam ante eleemosynis sustentatam nouimus, & quamplures ex nostris ciuibus conspexerunt.

Contracta rectificatur.

Præsens adhuc est nobiscum filius Archipresbyteri de *Colunio*, *Vbaldus* nomine, qui retulit & sæpè interrogatus itidem refert huius rei narrationem. Hic cum in nostra ciuitate artis Grammaticæ vacabat studio, nullam deuotionem, nullam reuerentiam S. Confessori exhibens, illius sanctis detrahebat virtutibus. Die verò quadam vehementi capitis dolore arreptus, ac credens se præ dolore iam morti proximum, inuocabat S. Pontificis auxilium, promittens se liberatũ, deinde fore credulum, & eius virtutum prædicaturum gloriam, sicut de eo ante peruersè locutus fuerat. Fatiga-

Incredulus ab infidelitate & dolore capitis sanatur.

tus itaque nocte tota circa matutini temporis horas leni ſopore correptus, in ſomnis vidit Sanctum Dei famulum capiti manum imponere, & ſe benedicere ſanctæ Crucis ſignaculo, qua viſione præterita, euigilans, cognouit ſe liberatum illius doloris moleſtia.

In die Aſcenſionis Domini nuper præteritæ, quædam fœmina de *Godi*, *Richilda* nomine, quampluribus nota, per integrum annum & eo ampliùs, quantum eſt ab Epiphania . . . . *Cætera in codice MS. deſiderantur.*

Finis vitæ ſancti Anſelmi Epiſcopi Lucenſis.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARII
IN VITAM
S. ANSELMI.

Vnde prodijt hæc vita.

VITA. Tres circumferuntur huius sancti Antistitis vitæ, seu legendæ: vna prolixior, quæ seruatur in Bibliotheca Collegij Gregoriani Ord. Sancti Benedicti in Vrbis regione Trans-Tiberina, antiquo charactere in membrano exarata, & in altero vetusto codice cœnobij S. Benedicti de Padolirone in tractu Mantuano, quam citat Arnoldus Vvion [a] in suo opere de ligno vitæ. Exemplar se accepisse à Constantino Caetano monacho Cassinense fatetur Card. Baronius, [b] quam per varios annos distribuit tomo vndecimo Annalium, & inter alia vetera monumenta, quæ contra Schismaticos pro Gregorio VII. collegit, edidit Ingolstadij Sebastianus Tengnagelus, Cæsareus Viennæ Bibliothecarius. Secunda breuior habetur apud Lucenses, quam citant Baronius eodem anno, [c] & Franciscus Maria Florentinus [d] in commentarijs, quos eruditè, sincera fide, & castigato stylo Italico scripsit de Mathilde Comitissa. Tertiam habent Mantuani in codice antiquo pergameno, cuius exemplar authenticum ante aliquot annos accepi à P. Nicolao Valesio Hiberno, nostri Instituti, huiusque nostri collegij Romani alumno, apud Mantuanos olim S. Theologiæ professore. Sed duæ istæ posteriores (licet aliqui tanquam distinctas soleant citare) non tam diuersæ sunt legendæ, quam prioris compendia, etsi aliquantulum corrupta, & valde diminuta. Quartam versibus exarasse Raugerium, Lucensem Episcopum, ab Anselmo tertium, refert Domnizo rudis poeta Canusinus, Synchronos, qui Mathildis vitam metrice descripsit: etsi nihil huius operis superfit præter pauca carmina, quæ idem Domnizo refert cap. 3. lib. 2. Addit insuper Mathildem suis capellanis iniunxisse, vt gesta & miracula Sancti Antistitis diligentet obseruarent, & scriberent. Quid autem de horum obseruationibus censeamus [e] infra dicemus. Primam porro illam copiosiorem vitam nos hic lectori exhibemus, quam ex M.SS.

[a] Vvion. lib. 3.

[b] Baron. an. 1074 nu. 45.

[c] Idem nu. 47.

[d] Floret. l. 1. & 2.

[e] Nu. 85

M.SS.Card.Baron. in Biblioth. Vallicellitana asseruatis, exscripsimus, facta collatione cum codice illo Collegij Gregoriani.

Circa nomen auctoris nihil est certum, præter primum nominis elementum. Titulum hunc præposuit Baronius exemplari à Caetano accepto. [Vita Beatissimi Anselmi, Lucensis Episcopi a B. presbytero, eiusdemque sancti Pastoris in spiritualibus filio, grauiter conscripta] Ita enim admonuit Caetanus ad calcem legendæ, tam in suo, quam in cœnobij Padolironis codice, nihil superesse de nomine authoris præter primam litteram B. An autem illo charactere B. *Bernardi*, siue *Bartholomæi*, siue *Benedicti*, vel aliud quodcunque nomen significetur, se prorsus nescire. Fuisse porro presbyterum & Anselmi spiritualem filium præfert titulus ipsius legendæ [f] vbi se Anselmi *presbyterum in pœnitentia* vocat *& filium*, seu potius *fernum*. Vnde ex illo elemento *B.* & *presbyterii in pœnitentia* appellatione Baronius, & qui sequuti sunt, vitæ authorem sub his notis exprimunt: *B. pœnitentiarius*. Si verò in re obscura coniectare liceat, ego putauerim elemento *B. Bardi* nomen indicari. Habuit enim Anselmus suorum laborum, & calamitatum participem, atque in exilio socium *Bardum*, Ecclesiæ Lucensis Primicerium, Diaconum; vti ex tabulis ecclesiæ Lucensis refert Florentinus [g] citatus, non enim adhasit Petro intruso Pseudoepiscopo Lucano contra Anselmum, quod plerique illius Ecclesiæ fecerunt Canonici, sed cum Lamberto Archipresbytero exulem Anselmum secutus est, & tanquam individuus comes nullo se tempore passus est ab ipso diuelli. Hunc ergo Bardum Diaconum probabiliter ab Anselmo ex Diacono ordinatum presbyterum (nam & ad ordinem presbyteratus se ab Anselmo promotum asserit Scriptor [h] legendæ) & institutum vel suum, vel ecclesiæ Lucanæ pœnitentiarium, ipsum illum esse *B. pœnitentiarium*, quem indigitant huius vitæ authorem, non sine probabili fundamento ausim suspicari. Atque inde magis mea firmatur opinio, quod author, ex illius ecclesiæ gremio se fuisse subindicet, dicens: *Psalmos quidem, vt cautè ac meditatim canerentur, præcepit, alioquin aspere increpauit*. Errant proinde Hippolytus [l] Donesmundus in sua historia Mantuana, & alij eum sequuti, dum huius vitæ, ex qua potiora gesta & miracula Anselmi recensent, authorem promunt Vbaldum Episcopum Mantuanum. Inde quidem Donesmundus hausit errorem, quod Vbaldus per epistolam Mathildem monuerit aliquorum miraculorum, quæ Anselmus patrauit, & subnectuntur prædictæ vitæ à *B.* conscriptæ.

Author quis fuerit?

[f] Vide num. 94.

[g] Floren. in præf. & lib. 2. pa. 207.

Vide nu. 39.

[h] Vide §. 51.

[i] Vide §. 31.

[l] Donesm. lib. 4. pag. 229 & alibi.

2. *An-*

2. *Anſelmi*, ſiue *Anſelmi*. Secundus fuit huius nominis eccleſiæ Lucenſis Epiſcopus, nepos primi Anſelmi, qui poſtea ad Summum Pontificatum, aſcito nomine Alexandri II. euectus eſt. Hunc Mediolanenſem gente Badogia, alterius Anſelmi, viri primarij, filium fuiſſe poſt alios ſcribunt [m] Ciacconus, & [n] Florentinus. Vnde non adeò probabiliter Anſelmum hunc noſtrum, iſtius nepotem, Mantuanum aſſerunt Card. [o] Bellarminus [p] Doneſmundus, & Antonius [q] Poſſeuinus, & hi quidem duo poſteriores, Mantuani. In fine legendæ [r] habetur *Lanzonem Iudicem*, virum Mediolanenſem, familiarem habuiſſe, & in ſcholis conſocium iſtum Anſelmum: ſed & *indigenam* Mediolanenſem alibi vocat author legendæ [s].

Cuius Anſelmus?

[m] Ciacc. in vita Alex. II.

[n] Floren. l. 1. pag. 62.

[o] Bellar. de Script.

[p] Doneſm. cit. p. 217. & 230.

[q] Poſſeu. in Appar.

[r] Vide §. 74.

[s] Vide nu. 56.

3 *Quam præſentes vidimus &c.* Hinc vel maximè probatur fides huius hiſtoriæ, & firmatur aliquantum noſtra coniectura ſcriptorem fuiſſe ſupradictum Bardum Primicerium, qui Anſelmo ſemper adhærens, ſæpe infra commemorat ſe rebus, quas enarrat, interfuiſſe.

[t] Domn. li. 2. c. 3.

4 *Fidei eſt firmamentum, &c.* Cod. Mantuan. *Fidei præſtat firmamentum, & cornu ſalutis, excommunicatis autem confuſionem, & verecundiam, detrimentum, & perniciem.* Inſigni huic elogio his verſibus concinit [t] Domnizo

Seruulus iſte tuus (Anſelmus) *de Sanctis extitit vnus:*
Catholicæ parti fuit indicium probitatis;
Schiſmaticæ parti ſignum quaſi debilitatis.

Non diſſimiliter de Deo, ſeu Chriſto venturo prophetauit Iſaias [u] *Et erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem.*

[u] Iſaiæ 8.

5 *Alijs ſiquidem in ruinam, &c.* Hæc verba deſunt in codice Ingolſtadienſi impreſſo. Bene tamen hic alluditur ad illa verba Simeonis de Chriſto, non enim in ſe tantum (vt adnotat gloſſa ord.) ſed etiam in ſuis Sanctis, & prædicatoribus poſitus eſt Chriſtus in ruinam & reſurrectionem. Vnde Apoſtolus [x] *Chriſti bonus odor ſumus Deo, his, qui ſalui fiunt, & in his, qui pereunt.* Bono enim odore alij ſaluantur, alij pereunt. Dantur itaque viri ſancti in ruinam vitiorum, & reſurrectionem virtutum.

[x] 2. Cor. 2.

6 *Papa Alexandro*: Secundo ſcilicet, qui Epiſcopatum Lucenſem, toto Summi Pontificatus tempore retinuit. Aſſeruantur in chartophylacio illius eccleſiæ aliquot eius diplomata, ita ſubſcripta: *Ego Alexander ſolius Dei miſericordia, licet indignus, Sanctæ Romanæ, Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul; & Lucenſis Epiſcopus.*

Digitized by Google

Anſelmus à quo inſtitutus Epiſcopus Lucenſis.

copus. Ex hoc loco legendæ inferunt multi, Alexandrum inſtituiſſe Epiſcopum Lucenſem Anſelmum. Id reliquis clariùs, & conſtantiùs aſſeruit Card. y Baronius, dicens: [Hoc anno (1073.) Alexander antequam ex hac vita migraret, ſuæ Lucenſi Eccleſiæ conſulens, ei paſtorem idoneum præficiendum curauit, ad quod munus delegit eiuſdem nominis virum, cuius ante ipſe fuerat, Anſelmum] quod ex his legendæ verbis probat, additis tamen quibuſdam, quæ in legendis à nobis ſupra citatis non habentur. *Mittitur à Reuerendiſsimo Papa Alexandro ad Regem, ad quem pertinere videbatur eius collatio epiſcopatus*, eaque ipſa verba ex Baronio tranſcripta recitantur à Clero Mantuano in lectionibus officij ſancti Anſelmi. Sed in vetuſtis præmemoratis monumentis nihil habetur de deſignato Anſelmo pro huius, aut pro alterius peculiaris Eccleſiæ præfectura, ſeu pontificatu, *ſed quia dignus viſus eſt epiſcopatus honore, mittitur ad Regem*, an vero vt Lucenſem, vel aliam ab eo acciperet Eccleſiam, non exprimitur. Ab ipſo Alexandro non fuiſſe huic Eccleſiæ præfectum, inde conſtat, quod paulo inferius dicatur à Gregorio VII. Alexandri ſucceſſore, Lucanæ Eccleſiæ *electus* Epiſcopus, non *reelectus* aut *denuo inſtitutus*, vel *rurſum promotus*, vti in prædictis lectionibus legitur Mantuanis. Ptolomæus Lucenſis infra citandus, *Gregorius* (inquit) *Anſelmum fecit Epiſcopum Lucenſem*. Multo minus probabile puto, quod a Ciacconius refert & Doneſmundus non ſemel inculcat, eum ab Alexandro Cardinalem creatum fuiſſe, cum nihil huiuſmodi ſubindicent legendæ, aut illius temporis, qui de Anſelmo loquuntur, authores; neque illi quidem, quos Ciacconius ſuæ de Anſelmo citationi ſubiungit, Sigibertus & Abbas Vrſpergenſis.

y Baron. nu. 11.

Vide nu. 43.

a Ciacc. citat.

b Doneſm. citat.

An fuerit Cardinalis.

7 *Ad Regem Henricum tunc Imperatorem*. Ita meus codex, & Mantuanus; alij habent ad *Regem* tantum, & quidem non niſi poſt annos multos, Gregorij Septimi Pontificatus penultimo, & Chriſti 1084. à Guiberto Antipapa Romæ indignè coronatus, Imperatoris nomen aſſumpſit. Hic ille eſt Henricus, huius nominis Romanorum Rex Quartus, Henrici Tertij Imperatoris filius, à patre moriente Romanæ Eccleſiæ per Victorem Papam commendatus, ab Agnete matre religiosè educatus, qui poſtea in tranſuerſum actus, Romanæ Eccleſiæ tutricis ſuæ factus eſt hoſtis infenſus, cuius ope, patrocinante Victore prædicto illius regnum fuerat ſtabilitum. Quidam hunc tertium, Domnizo quintum enumerat Henricum. Tertius quidem dicitur huius nominis Imperator, ſed quintus non niſi per errorem recenſetur.

Henricus quando appellatus Imperator.

Vide Greg. vij l. 1. ep. 19

Digitized by Google

tur. Quantum hic nocuerit Eccleſiæ, & Romanis Pontificibus, paſſim infra dicetur.

8 *Magirando*. Baronius *Meginardum*, Ciacconus *Maynardum* appellant. Ex Cardinale presbytero Epiſcopum Cardinalem Syluæ Candidæ, ſeu ſanctarum Virginum Ruffinæ, & Secundæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarium ab Alexandro II. creatum fuiſſe [b] Ciacconus ex [c] Leone Oſtienſi recenſet. Qui Anſelmum effingunt Cardinalem, vel hinc fulciri putant ſuam opinionem, quod Alexander Pontifex ei dederit itineris Germanici comitem Epiſcopum Cardinalem, & in alijs obeundis muneribus collegas etiam habuerit Cardinales, quod infra dicemus.

[b] Ciacc. in Alex.
[c] Leo l. 3. hiſt. Caſ. fin. c. 8. & 9.

9 *Vt ſacri Ordines eccleſiaſtici*. Adiungit Baronius, *ipſi nempè Epiſcopatus*, ita vt non ſolum inueſtituram per baculum paſtoralem, & anulum, verum & ipſas Epiſcopatuum, & Abbatiarum collationes, poteſtates ſæculares ſibi tunc vſurpauerint; & propterea miſſus ſit Anſelmus, iam meritis, moribus, & doctrina iudicatus idoneus epiſcopatui ſubeundo, vt vel forte Lucenſem, aut alium conſequeretur. Quod clarius exprimit codex Mantuanus poſt illa verba, *Vt ſacri Ordines Eccleſiaſtici à ſæcularibus darentur poteſtatibus*, ita connectens, *quia Imperator tunc contra omne debitum eligebat Pontifices, ideo ad eum mittebatur pro dignitatibus conſequendis*. Hi pernicioſi, & Schiſmatici abuſus, vel ex nimia conniuentia, vel ex neceſſaria, aut fortaſſis aliquandiu rationabili tolerantia Pontificum, ſenſim ſerpentes, eo tandem perueniunt, vt abuſus in vſus, & vſus in ſtabilem abeant conſuetudinem, & conſuetudo demum vim legis obtendat, minimuſque in principio error temporis beneficio fiat maximus, habeatque demum ſuos patronos, qui doceant, & ſcribant licere, & deberi, quæ neque licent, neque debentur.

Laici ſacra vſurpant.

Vide Palmel. in notis ad epiſt. 52. Cypriani cap. 3.

10 *Abſque dignitatis inueſtitura diſceſſit*. Errat valde Hippolytus Doneſmundus qui Epiſcopatum, & inueſtituram ab Henrico accepiſſe affirmat. Etenim Anſelmus non ſolum abſque inueſtitura, quæ conſecrationem ſubſequitur, verum etiam abſque ipſa collatione, quæ præcedit, è Germania rediuit. Qualiter enim fieri potuit, vt qui inueſtituram per manus Laicorum tantopere abhorruit; non magis ipſius ſacri ſupremique Ordinis collatione expaueſceret? Inueſtituras Eccleſiaſticas per anulum, & baculum poſſunt laici conferre Summi Pontificis permiſſu, cõceſſu, & priuilegio, cuius rei documentum exhibuit Paſchalis II. cum in poteſtatem hoſtis Henrici V. redactus, ei ius Inueſtituræ,

An poſſint inueſtituras conferre?

Digitized by Google

neceſſitate ita efflagitante,& iuſta fortaſſis cauſa vrgente, conceſſit. Signa tantum ſunt ſacræ rei, poteſtatis ſcilicet eccleſiaſticæ acceptæ, vel accipiendæ baculus, & anulus, non tamen in ſemetipſis adeo ſacra, vt actum ordinis ſupponant, aut ſacramentum contineant, ſed actum quendam iuriſdictionis externæ, cuius concedendæ non eſt ſimpliciter incapax poteſtas ſæcularis, ſi aliquo ineuitabili caſu à Pontifice recipiat facultatem. At quæ Sacramentum includunt, vel facultatem diſponendarum Eccleſiarum,vel rerum eccleſiaſticarum,aut poteſtatem animarum regendarum, laicis ſunt penitùs interdicta, & ſolis eccleſiaſticis à Chriſto conceſſa. In eo conſiſtebat pernicioſus error, & manifeſta hæreſis illorum, qui Guiberto Antipapæ & Henrico Regi tunc adhærebant, quod Ius Inueſtituræ Eccleſiaſticæ Imperatoribus ex officio competere contumaciter, & obſtinatè contendebant, & licitas illas inueſtituras eſſe ſibi alijſque perſuadebant. Eas verò tanto ſtudio ſibi vendicabat Imperator, & qui circundabant miniſtri, Eccleſiæ temporalibus lucris inhiantes, & nundinationes circa hæc exercentes, eo duntaxat tendentes, vt vel pecuniam extorquerent, vel ſibi inordinatè ſubiectas Epiſcoporum efficerent perſonas. De his videndus illius temporis ſcriptor Goffridus, Vindocinenſis Abbas apud doctiſſimum virum Iacobum [d] Gretſerum lib.2. contra Replicatorem, & Ioannes Lugdunen. Archiepiſcopus apud Baronium tom.12. Annalium. Valde cauendum eſt Pontificibus ab huiuſmodi priuilegijs ſæculari poteſtati concedendis, ne impetratum à Sede Apoſtolica beneficium, in Eccleſiæ demum conuertatur maleficium. Obuia ſunt exempla, ſed illud omnium hoc ipſo tempore maxime pernicioſum, conceſſum ſcilicet, vel confirmatum Henrico Regi in Concilio Romano ius ſuper electionem, aut confirmationem Romanorum Pontificum, propter extinctum à patre Henrico Tertio ſchiſma, & legitimum Pontificem, Romanæ Eccleſiæ pace reddita, conſtitutum; quo filius abuſus eſt ad nouas excitandas ſciſſuras, dum eius authoritate, & potentia duo pſeudoPontifices Cadalous, & Guibertus contra duos ſanctiſſimos Pontifices Alexandrum Secundum, & Gregorium Septimum ſunt intruſi. Qualiter autem Anſelmus in eum, quem nunc fugit, prolapſus ſit errorem, infra dicemus.

[d] Gretſer. c.23. Baron. an.1111. Vide Bar.ann. 1059. & Anſelm. noſt. l.1. contra Guibert. an. fin.

Vide nu.23.

11 *Catholicæ eum electioni reſeruauit*. Reſeruatus Catholicæ electioni per Gregorium, quod mox dicemus, nullam tunc admittere voluit ab Henrico collationem, neque per Alexandrum alia præceſſit electio, vti iam inſinuauimus.

Rex

Digitized by Google

12 *Rex autem quaſi deſpectum*. Baronius & codex Mantuanus addunt, *atque confuſum*. Nil mirum, quod ægrè tulerit Henricus Anſelmum tanti nominis virum, ſummi Pontificis nepotem, Epiſcopi Cardinalis comitatu conſpicuum, ſe neglecto, nulla admiſſa Epiſcopatus collatione, aut inueſtitura diſceſiſſe. Duplex enim detrimentum expendit, & timuit, tum lucri ceſſantis, etenim vt ipſe [f] Anſelmus poſtea obiecit Guiberto *Rex tuus ſine intermiſsione vendit Epiſcopatus ſuos*; tum læſi, vel imminuti iuris Imperatorij, nam vt idem teſtatur Anſelmus: *Edicta propoſuit, vt nullus haberetur Epiſcopus, qui à Clero electus, vel à populo fuiſſet expetitus, niſi præceſsiſſet honor regius*: id enim ſibi obſtinatè perſuadebat, ius conferendi, ſeu inueſtiendi dignitates eccleſiaſticas ſibi ex officio competere, & Pontifices Romanos ab Imperatoribus ad arbitrium inſtitui, ac deſtitui, poni, reponi, ac deponi poſſe.

[f] Anſel. cit. ante med.

13 *Defuncto itaque prædicto Papa Alexandro*, Romæ anno 1073. decimo Kalend. Maij poſt annos vndecim, mẽſes ſex, & dies viginti duos fortiter geſti, & miraculis à Deo comprobati, Pontificatus.

14 *Dum ſanctiſsimus Gregorius in Romanum Pontificem*. Ipſo die, quo Alexander ſepulturæ traditus eſt, in Baſilica Lateranenſi, acclamatus eſt, & petitus in Pontificem Hildebrandus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, & mox in Eccleſia ſancti Petri ad Vincula à Cardinalibus, vniuerſoque Clero electus, & inthronizatus ſub Gregorij Septimi appellatione.

15 *Diu reſiſtens*. Acta Vaticana de rebus geſtis Gregorij Septimi teſtantur ad vocem cleri, & populi acclamantium, & dicentium *Hildebrandum Archidiaconum S. Petrus elegit*, illum nimis expauiſſe, & quaſi extra ſe raptum cucurriſſe ad pulpitum, vt populum frequentem ſedaret, & à ſua intentione recedere, ac retrahere potuiſſet, &c. Et demum poſt multa addunt, eum inuitum, & mœrentem in beati Petri Cathedram fuiſſe inthronizatum. Sed & ipſe Gregorius in [g] epiſtola ad Guibertum Rauennatem, & alios, refert populum nullo ei relicto conſulendi ſpatio, violentis manibus ad locum Apoſtolici regiminis rapuiſſe: ſibique reclamanti appropriat illud Pſalmiſtæ, *Laboraui* [h] *clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ*. Inſuper vt ſupradicta acta recenſent, nuntios miſit ad Henricum Regem, qui attentius orarent, ne ſuæ electioni præberet aſſenſum.

Quãtum reſiterit Gregorius VII. ſuæ electioni.

[g] Greg. l. 1. ep. 3.

[h] Pſalm. 86.

16 *Vt ſequeretur eum iſte in omnibus*. In omnibus ſecutus

Gregorium Anſelmus in ſectandis virtutibus æmulator, in paſſionibus, & ærumnis ſocius, in ſubeundo Pontificali onere, & in deponenda carnis ſarcina contemporaneus; eodem ſcilicet anno, quo Gregorius, Epiſcopatu donatus, & nouem poſt Gregorij obitum decurſis menſibus, vita defunctus in exilio, ita vt cum Gregorio etiam illa vltima verba verè & propriè poſſet proferre: *Dilexi iuſtitiam, & odiui iniquitatem*, ideo morior in exilio. Vide Paulum Bernredienſem in vita Gregorij VII. ante finem.

17 *In Lucanam Eccleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus*. Statim ferme in ipſis ſui Pontificatus auſpicijs, anno ſupramemorato 1073. Anſelmum elegit Epiſcopum Gregorius, ad Pontificatum aſſumptus, vti diximus, decimo Kalen. Maij. Etenim in epiſtola [i] ad Beatricem Marchioniſſam, & filiam Mathildem ſcripta octauo Kalend. Iunij huius anni, iam electum refert, ita dicens [De electo verò Lucenſi non aliud vobis reſpondendum eſſe peruidimus, niſi quod in eo tantam diuinarum litterarum ſcientiam, & rationem diſcretionis eſſe percepimus, vt quæ ſit ſiniſtra, quæ dextera, ipſe non ignoret. Quod ſi ad dexteram inclinauerit, valde gaudemus: ſin verò, quod abſit ad ſiniſtram, vtique dolemus: ſed nullius perſonæ gratia, vel fauore impietati aſſenſum dabimus.] Spectant hæc ad Inueſtituram Epiſcopatus, quam timebat Pontifex Anſelmum ab Henrico Rege admiſſurum, de qua dicemus inferius.

[i] Greg. lib. 1. ep. 11.

Vide nu. 23.

18 *Atque ab illo poſtmodum religioſè conſecratus*: Neque codex Mantuanus, neque [l] Baronius habent *religioſè*. Interceſſiſſe autem menſes aliquot inter electionem ad Epiſcopatum, & conſecrationem conſtat ex epiſtola iam citata ad Beatricem & Mathildem ſcripta 25. Maij, & alia data ad ipſum Anſelmum Kalend. Septembris, mox referenda, in quarum vtraque intitulatur tantum *Electus*. Gregorium autem in pretio habuiſſe Anſelmum vel exinde conſtat, quod in Pontificatus initio eum ſtatim nobilis deſignauerit Eccleſiæ Epiſcopum, & à ſemetipſo voluerit ordinatum. [m] Florentinus conſecratum ait 23. Octobris, ſed à Cardinale Petro Igneo Epiſcopo Albanenſe. At hoc valde diſcordat àconſtanti, & repetita aſſertione noſtri authoris de conſecrato Anſelmo per Gregorium.

[l] Baron. cit. n. 62.

[m] Florēt. l. 1. p. 136.

19 *Sæpius cum eodem religioſiſſimo Ordinatore ſuo moraretur*. Vt ſecum commoraretur, & familiariter adhæreret, ipſe Gregorius etiam ante ordinationem per epiſtolam, iam producendam, inuitauit.

20 *Vi-*

Digitized by Google

20 *Vitam eius conſideranit ineffabiliter mirabilem, ac mirabiliter ineffabilem.* Quotquot fuerunt illius temporis boni, pijque ſcriptores, Gregorium ſummopere commendant, vitamque extollunt à religionis zelo, à fidei tuendæ conſtantia, à fideli Pontificatus adminiſtratione, à virtutum ſplendore, à iuſtitia, à temperantia, à ſanctitatis excellentia miraculis comprobata; vnde & meruit inter Sanctos connumerari, & à poſteris miris encomijs celebrari. Tria illa præſtitit Eccleſiæ Catholicæ beneficia incomparabilia: è manibus ſæcularium Principum, Eccleſiarum vendicauit inueſtituras; liberam electionem Romanorum Pontificum poſtliminio reſtituit; diſciplinam eccleſiaſticam penitus collapſam reparauit.

Qualis Pontifex Gregorius.

21 *Reuelationibus etiam diuinis iucundatus eſt.* Hildebrandum in minoribus, antequam ad Pontificatum aſcenderit, diuinas habuiſſe reuelationes & viſiones, ſanctus Hugo Abbas Cluniacenſis, teſtis oculatus, cœleſtiumque fauorum cum Gregorio conſors, retulit Vvillelmo [n] Malmeſburienſi, illius temporis Hiſtorico, quas ille diſertè recenſet.

Reuelationibus aſſuetus.

22 *Verum etiam continuæ afflictioni.* Poſt hæc verba habentur apud [o] Baronium, quæ ſequuntur [Nam ſæculi blandimentum, corporis delitias, quibus gaudent homines, ipſe ſibi iam tunc conuertit in tormentum, abominando quæque tanquam venena mortis amariſſimæ. Cibos quoque delicatiſſimos quoniam habebat exoſos, dum interdum à circumſedentibus ſumere cogeretur, infirmitatem, aut votum, aut qualibet occaſione honeſtè finxit, vt deſideratam obſeruaret caſtimoniam, & conuiuantibus non inferret triſtitiam] Sed hæc in noſtro Apographo oportunius & concinnius infra ſub §. 27. leguntur.

[n] Malm. de geſtis Reg. Angliæ l. 3.

[o] Baron. citat.

23 *De manu Regis anulum ſuſcepit, & paſtoralem.* Qui ſtat, videat ne cadat. Stetit quidem ſub Alexandro Anſelmus, nolens Henricianam inueſtituram, cecidit tamen ſub Gregorio, & quidem non ſemel præmonitus per litteras ſupra notatas ad Beatricem, & filiam, deinde per iſtam, quæ ſequitur, epiſtolam, ad ipſum hac eadem de cauſa tranſmiſſam.

Anſelmus qualiter ſuſceperit inueſtituram ab Henrico.

GREGORIVS, &c.
Anſelmo Dei gratia Lucenſium electo Epiſcopo, &c.

QVoniam fraternitatem tuam ſinceræ charitatis affectu, & dileximus, & diligimus, quæ tibi ſeu verbis, ſeu litteris ſuper vtilitate vitæ tuæ ſcribere curamus, vt indubitanter

Gregor. lib. 1. ep. 21.

Digitized by Google

ter accipias, oportet. Vt enim viam, qua ambules, poſtulaſti, tibi notificaremus, nullam nouam, nullam expeditiorem ſcimus ea, quam nuper dilectioni tuæ ſignificauimus, videlicet, te ab inueſtitura Epiſcopatus de manu Regis abſtinere, donec de communione cum excommunicatis Deo ſatisfaciens, rebus bene compoſitis, nobiſcum pacem poſſit habere. Perſonæ namque tales hoc opus conantur perficere, chariſſima vtique filia noſtra Agnes Imperatrix, nec non & glorioſa Beatrix cum Mathilde, Rodulphus quoque Dux Sueuiæ, quorum religioſa conſilia ſpernere nec poſſumus, nec debemus. Quod ſi præfati operis perfectio dilationem quacunque occaſione contigerit habere, interea noſtræ familiaritati poteris adhærere Romæ, & nobiſcum ſeu aduerſitatem, ſeu proſperitatem communicare. Datum Capuæ Kal. Septemb. Indictione incipiente duodecima.]

Vbi, vel quando ab Henrico Anſelmus inueſtituram acceperit, vitæ author non recenſet. Id feciſſe cum iam à Gregorio eſſet ordinatus, p Baronius inſinuat, & hunc errorem ita temperat, vt dicat, virum doctiſſimum, pariterque ſanctiſſimum, licet ad breue temporis ſpatium declinauerit ad ſiniſtram, tamen pœnitendo quam citiſſimè eſſe conuerſum ad dexteram; & vt filius dexteræ aduerſus Schiſmaticos omnes inhæſit, dum vixit, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, fuitque in omnibus certaminibus ipſi Gregorio manus dextera, eademque potens aduerſus hoſtes eccleſiæ ſemper intenta] Et infra [ſic ad tempus lapſus eſt pedibus, vt tamen animoſior ſit redditus ad curſum, & verticem Chriſtianæ perfectionis violentus attigerit, & palmam arripuerit ſanctitatis.

p Baron. citat.

24 *Sed & Dominus Papa id ſolum aliquando vituperauit in illo.* Aliquatenus excuſari potuit Anſelmus acceptæ ab Henrico Inueſtituræ, quod ad tempus duntaxat hoc ei fuerit à Gregorio prohibitum, *donec* (inquit) *de communione cum excommunicatis Deo ſatisfaciens rebus bene compoſitis nobiſcum pacem poſſit habere.* At conſtanter litteris Henrici ad Gregorium ſcriptis, quæ in q regeſto eiuſdem Pontificis inter hoc anno datas habentur, debitum erga ſedem Apoſtolicam famulatum, & filialem erga Gregorium reuerentiam exprimentibns, Henricum rerum malè geſtarum pœnituiſſe, & Pontificis circa res eccleſiaſticas, & alias quaſcunque conſilium, & auxilium obnixè expetiuiſſe. Deinde ipſe Gregorius altera poſt ſuam electionem die nuncios ad Henricum miſit, vt electionis de ſe factæ certiores redderent, & rogarent; ne conſenſu ſuo illam ſtabiliret, ſed diſſenſu improbaret,

Vnde excuſari poſſit?

q Lib. 1. ep. 29.

Digitized by Google

baret, neſciens per quam aliam viam graue ſibi onus violenter impoſitum, deponere poſſet: neque ſe Pontificem conſecrari permiſit, donec Henricus Gregorium Epiſcopum Vercellenſem, Italiæ regni Cancellarium, ad Vrbem tranſmiſit, (vt teſtantur acta Gregorij ſupra citata) quatenus authoritate regia electionem ipſam confirmaret, & conſecrationi eius intereſſe ſtuderet.] Addit inſuper Lambertus Schafneburgenſis miſſo ad hoc ipſum Eberhardo Comiti Gregorium dixiſſe, ſibi violenter à Romanis hanc eccleſiaſtici regiminis impoſitam neceſſitatem, cogi tamen nullo modo potuiſſe vt ordinari ſe permitteret, donec in electionem ſuam tam Regem, quam Principes Teutonici regni conſenſiſſe certa legatione cognoſceret: & hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum, donec ſibi voluntatem Regis certus inde veniens Nuncius intimaret.] & addit. Hoc vbi Regi eſt renuntiatum, libenter ſuſcepit ſatisfactionem, & lætiſſimo ſuffragio, vt ordinaretur, mandauit.] Hoc fortaſſis tempore Anſelmus inueſtituram admiſit, grauiori commotus exemplo, & maioris negotij ponderis expectatæ, & admiſſæ per Gregorium confirmationis. In aliquo tamen exceſſiſſe, vel defeciſſe Gregorij indicat increpatio.

25 *Fit Monachus regulæ ſancti Benedicti, & Cluniacenſium conſuetudini ſubiectus.* Ita meus codex, & Mantuanus, ſed Ingolſtadienſis impreſſus, omiſit *& Cluniacenſium conſuetudini*, habet tamen Baronius. Subijſſe verò regulam ſancti Benedicti in congregatione, & monaſterio Cluniacenſi, habetur ad finem legendæ. Inſigne quidem illud monaſterium, à Tedaldo Marchione Mantuano ſub annum M.VI. inchoatum ad Eridani ripam, decurrente ex alio latere Larionis amne, vnde nomen accepit *Padilaronis*, compoſito vocabulo à Padi, & Laronis circumfluentibus fluminibus. Ampliſſimam habet ſtructuram pro centum quinquaginta Monachis, pinguiſſimos reddirus, commodum aduentantium hoſpitium. Religione, & diſciplina quidem monaſtica celeberrimum, inter præcipua ordinis ſancti Benedicti cœnobia venit computandum. Ab vrbe diſtat Mantuana X.M. P. viris ſanctiſſimis, & doctiſſimis, per temporum ætates florentiſſimum.

Pœnitet ſuſceptæ Inueſtituræ.

1 Vide §. 40.

Donesm. citat. li. 3. pag. 183.

Ricord. in hiſtor. monaſt. pa. 429.

26 *Mutato tamen habitu.* Codex Ingolſtadienſis, *vix relicto ſibi habitu monaſtico* reſtauratur, nam & illum ſubtrahere ſibi Dominus Papa minabatur] In idem vtraque lectio recurrit; quod mutari ſcilicet voluerit Anſelmus habitum Epiſcopalem in monachalem, atque hunc impetrauit ſibi relinqui. Fortaſſis

Fit monachus et quando.

tanto

tanto hæsit inter monachos tempore, vt professionem emiserit, vel ex breui incolatu adeo sacri illius instituti amore vrgeretur, vt saltem externam vestem, tesseramque piæ militiæ voluerit deinceps gestare; quam tamen sub Episcopali habitu vsque ad mortem celasse, nescio vnde Arnoldus Vvion, & Antonius Possevinus acceperint. Vel hinc omnino conuincitur in adolescentia, seu ante susceptum episcopatum, non fuisse monachum, vt cum Ciaccono [f] quidam autumant, nec in monasterio sub disciplina regulari discipulum fuisse Gregorij Pontificis, prius monachi Casinatis, vti affirmat [t] Donesmundus, inde probabiliter hausto errore, quod author infra vocet Gregorium Anselmi magistrum. Et quidem hoc ipso loco id idem author insinuat, dicendo, *fit subito monachus regulæ sancti Benedicti*, nihil subindicans ante hoc tempus peractæ, aut susceptæ vitæ monachalis. Imo clericum Sæcularem fuisse, quando traditus est ab Alexandro II. Comitissæ Mathildi in directorem, habet Ptolomæus Lucensis infra citandus. Vide Benedictum Luchinum in chronicis monasterij Mantuani cap. 5. vbi breui tempore illic habitasse Anselmum insinuat. Ab hoc loco vsque ad §. 27. de abstinentia Anselmi omnia ferme, eaque grauissima, & memoranda desiderantur in cod. Mantuano.

f Ciacc. in Alex. II.

t Donesm. li. 4. pag. 220.

Vide §. 12.

Vide num. 43.

27 *Mirissimè aggreditur, monet, blanditur, & suadet.* Emollunt animos verba mansueta, sed aspera frequenter irritant, & obdurant. Vnde Dominus eos increpauit Prælatos, [u] *qui cum austeritate imperabant, & cum potentia, quia* [x] *subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinabant.* Cum dominus discipulos ad prædicandum misit, illis [y] virgas ferre prohibuit. *Quid est virga* (inquit Ambrosius) *nisi præferendæ potestatis insignè, & vlciscendi instrumentum doloris? Eos misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent, nec vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attolerent.*

Eius mansuetudo.

u Ezech. 34.

x Greg. 23. mor. cap. 7.

y Matth. 10.

z Ambros. l. 7. in Luc. cap. 10.

28 *Tanquam alter factus religiosissimus Episcopus Augustinus, vt vitam cum illis peragat communem.* Augustinus quippè [a] monasterium intra ecclesiam instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub sanctis Apostolis constitutam, maximè, vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuique sicut opus erat, quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset.]

a Possidonius in vita s. Augustin. c. 5.

29 *Marchionissam D. Mathildam*, al. *Mathildem*: modo Comitis-

Digitized by Google

mitiſſam, modo Ducem ab authoribus, & aliquando Ducatricem á [b] Domnizone nuncupatam, celeberrimam ſcilicet illam, pluſquam virilis animi fœminam, heroinam multis præclaris dotibus inſignem, dominatu potentem, opibus locupletem, ſummis Italiæ Principibus parem, ſolis Romanis Pontificibus deuoto obſequio inferiorem, pietate incomparabilem, de qua Domnizo ex teſtimonio Rangerij Epiſcopi Lucenſis coætanei, ita cecinit

[b] Domn. l. 2. c. 1. *Mathildam Comitiſſa qualis?*

Plus laicis cunctis Mathildim Rangerius ſcit
Intentam legi domini, vitæque perenni.

Eccleſiæ Romanæ propugnaculum, Schiſmaticorum exitium, Petri Apoſtoli filiam per omnia digniſſimam, cui facultates vniuerſas donauit, mentemque ſacrauit. Illius proinde memoria in benedictione eſt apud omnes Catholicos, ſed & adhuc viuenti teſtimonium hoc præbuit Abbas [c] Vrſpergenſis nonnihil eidem aduerſus, ſchiſmaticis Henricianis magis propitius: *Quæ nimirum fœmina ſicut nemo noſtris temporibus ditior, ac famoſior, ita nemo virtutibus & religione ſub laica profeſsione reperitur inſignior*. Eius corpus ex monaſterio Benedictino ſupradicto ad Baſilicam Vaticanam transferri curanit Vrbanus VIII. fel. record. Pontifex, vt in eodem templo cum D. Petro requieſceret, quæ ſanctiſſimo Apoſtolo ſe, ſuumque patrimonium ampliſſimum conſecrauit. Eius monumentum ex pario lapide pulchre conſtructum, gratiſsimus, rerumque, quas fortiter, & piè præclara geſſit virago, doctiſſimus Papa erexit, tertio ad dexteram ingredientis peryſtilio, à parte interiori, illius imagine & trophæis ſuperiori parte exſculptis, & inferiori hoc inciſo Epitaphio.

[c] Vrſper. ad ann. 1105.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
Comitiſſæ Mathildi, virilis animi fœminæ,
Sedis Apoſtolicæ propugnatrici,
Pietate inſigni, liberalitate celeberrimæ,
Huc ex Mantuano ſancti Benedicti
Cœnobio translatis oſſibus
Gratus æternæ laudis promeritum
Monumentum Poſuit.
ANNO M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Reformatio Ecclesiæ Lucanæ.

30 *B. Papa Leo IX. sub decreto anathematis statuerat.* Quid vel qualiter in reformatione ecclesiæ Lucanæ Leo VIII. dictus IX. constituerit, non aliundè melius, quam ex ipsius diplomate, quod ex tabulario ecclesiæ Lucensis hic exscribimus, poterit constare.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Canonicis principalis, ac maioris Ecclesiæ in ciuitate Luca, Deo ac sancto Martino Confessori regularem vitam inibi ducendo, & castitatem seruando famulaturis.

CVM ad bona ecclesiarum firmiter obtinenda magna sit adhibenda sollicitudo, vt eorum qui castè ac regulariter sancto altari seruire desiderant, animæ seruentur, & corpora, auidiori est procurandum desiderio, quia dum inibi laborant fideliter deseruire, oportet eos inde Canonicum vsum victus, ac vestitus accipere, nedum ista præ necessitate quæritant, culpam vagationis incurrant. Huic siquidem vestro defectui beneuolam compositionem, ac benignam prouisionem volentes impendere, piæ Apostolicæ authoritatis pagina, omnia quæ ad communem vsum regulariter viuendi modo habetis, vel in perpetuum habituri estis, aut Episcopi vestri concessione, qui nunc est beneuolus, & hilaris vester adiutor, frater, & Coepiscopus noster Ioannes, aut successorum suorum, vel aliquorum fidelium charitatiua donatione; volumus rata vobis, & confirmata, & nulla ratione violanda esse. Et si Dominus Deus humilitatem Ecclesiæ suæ misericorditer respiciens, Ecclesiam vestram ab vxoratis presbyteris, & omnino à dominica oblatione repellendis, liberauerit, pro incestis casti, pro immundis mundi restituantur, & bona, quæ habent ecclesiastica, quæ illi luxuriosè viuendo dissipant, in communem vsum canonicè cohabitantium redigantur, sicque horum exoptabilis interitus, pastoralis fiat familiæ desideratissima salus, nec in præbendis dandis aliquam pretij, aut venditionis molestiam ab Episcopo suo sustineat hic fidelis conuentus. Vsque modo igitur tenebræ, nunc autem lux facta in Domino, vt filij lucis ambulate, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, qui & vos conseruet, & confirmet in fraterna

Digitized by Google

na concordia: diſſipator veſtræ Congregationis diſſipetur, contradictori contradicatur, quilibet Epiſcopus veſter vos in hoc ignorans; illi de quo dictum eſt, quia omnis ignorans ignorabitur, aſſimiletur. Coadiutor veſter per Martinum ſanctum ſemper adiutus congaudeat, optamus, diuinæ retributioni verè dicens, adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Datum 4. Id. Martij per manus Federici Cancell. vice Domini Herimanni S. Apoſt. Sedis Archicancell. & Colonien. Archiep. anno D. Leonis Papæ tertio. Anno Chriſti 1051. ind. 4.

31 *Accidit igitur vt eandem ad ciuitatem* (Lucam) *ſanctiſſimus Papa Gregorius VII. veniret*. Id accidiſſe anno 1077. quando Gregorius cum Mathilde declinaturi inſidias, & fraudes Henrici è Gallia Ciſalpina & munimento Canuſino, ad loca tutiora Tuſciæ pertranſirent; dolos autem, & fraudes, quibus Henricus eos illaqueare & capere tentabat, ita [d] Domnizo qui aderat, hiſtorica ſerie, non poetica fictione recenſet poſt narratam immenſam, quam poſuit operam Mathildis, vt reconciliarentur Gregorius & Henricus.

Henricus inſidiatur Gregorio.

Florent. li. 2. pag. 184.

[d] Domn. l. 2. c. 1.

Ante dies ſeptem, quam finem Ianus haberet,
Ante ſuam faciem conceſsit Papa venire
Regem; cum plantis nudis à frigore captis;
In cruce ſe iactans Papæ, ſæpiſsimè clamans
Parce beate Pater, piè parce mihi peto plane.
Papa videns flentem miſeratus ei, ſatis eſt, eſt.
Nam benedixit eum, pacem tribuit ſibi, demum
Miſſam cantauit, corpus dedit & Deitatis:
Secum conuiuans ſuper arcem, qui Canuſinam,
Ipſum dimiſit, poſtquam iurauit, & iuit
Vrbem Reginam, qua ſtabat turba maligna
Pontificum, valde metuentes hanc fore pacem.
Maior erat cunctis Guibertus, Epiſcopus vrbis
Rauennæ doctus, ſapiens, & nobilis ortu,
Extiterat, Parmæ ciuis ſeu Clericus ante,
Dum fuit electus Gregorius, iſte Guibertus
Ipſi iurauit, contra quem nunc mala ſancit;
Regis enim mentem contra Papam docet eſſe.
Rexque die ſexto remeauit Bibianellum;
Corde dolo pleno, cum plena mente veneno.
Paſtor ſelle carens ad eum deſcendit ab arce,
Crebro ſcripta ſupra; mox eſt Comitiſſa ſecuta.

Digitized by Google

Callidus at multa Rex Papæ dixit, & vltra
Eridanum fluuium, commune cudit fieri tunc
Colloquium, laudat quod Papa, Mathildis & optat.
Cur hoc Rex malit, ignorant hi duo clari,
Mantua reuerti placito ſubdique timèbat.
Rex equidem fruſtra tranſiuit primitus vndam
Eridani, tractans cum paucis tradere Papam;
Nec non, ſi quiret, Comitiſſam traderet idem.
Hoc ſcelus infandum complere putat placitando.
Cuncta videns Chriſtus, fieri vetuit ſcelus iſtud.
Eridanum Præſul, Mathildis & optima ſecum
Tranſiuit, ſperans pacem componere veram.
Ad dominam claram, multis oculis oculatam,
Nuncius aduenit, qui ſecretum patefecit
Regis Henrici, qui Papam tradere dicit.
Hoc vbi cognouit prudens hera, mox cito monit
Seque ſuos fortes petijt cum Præſule montes.
Inſidiæ factæ Regis, ſunt & patefactæ,
Papam, Mathildim Rex vlterius neque vidit.
Pontifices falſi ſunt ex hoc lætificati,
Maximè præſcriptus Guibertus, qui dedit iſtud
Conſilium Regi, quia vult inuadere Petri
Sedem &c.

Huc reſpiciunt illæ querelæ, quas inter reliquas exponit Gregorius ipſe Epiſcopis Apulis, & Calabris in epiſtola an. 1080. ad ipſos exarata [ſcitis etiam quam deteſtandis conſpirationibus ante annos tres, præcipuè Longobardorum Epiſcopi ſe aduerſum nos, eodem Henrico principante, armauerunt, & quod per defenſionem Beati Petri illæſi, & incolumes non ſine magna noſtra, noſtrorumque fidelium honoris exaltatione remanſimus.] In illa, inquam, ſuprædicta vrbe, hærens aliquantum, Gregorius omnem impendit operam illius Capituli reformationi, vt ex proximè ſubiecta eius epiſtola licet inſpicere.

* Greg. li. 8. ep. 5

32 *Omnia tamen abſentes deprauauerunt.* Irritæ promiſſionis, & ementitæ fidei eos expoſtulat, grauiterque reprehendit Gregorius ſcripta hac epiſtola Florentiæ, illo eodem anno poſtquam Luca diſceſſit.

Gregorius reprehendit Lucenſes.

GRE-

Digitized by Google

GREGORIVS EPISCOPVS &c.

Canonicis ſancti Martini Lucenſis Eccleſiæ.

MEminiſſe debetis quotiens, & cum quanta cura vos monuerimus apud vos manentes, ne terrena peritura commoda maioris, quam animas veſtras æſtimantes, ita vos ad obedientiam iuſtitiæ exhibueritis, & vlteriùs ſub excommunicationis vinculo, quod inacquirendis contra Apoſtolica decreta præbendis vos incurriſſe manifeſtum erat, non permanſeritis. Verum vt ipſa res indicat, ſubſtantiam veſtræ, licet iniquæ, poſſeſſionis pretioſiorem, quam voſmetipſos facitis, qui ſpretis admonitionibus noſtris, & contempta Apoſtolica authoritate, pro lucris temporalibus, & explenda cupiditate veſtra, ſub maledicto anathematis poſt promiſſam nobis ſatisfactionem, recidiuo, ac deliberato præuaricationis crimine iacere non pertimeſcitis. Quare quoniam tantæ præſumptionis contumaciam, & tam immanis auaritiæ culpam, noſtra nec taciturnitate diſſimulare, nec patientia non modo ad veſtrum, ſed ad illorum etiam, cum quibus communicatis, periculum diutiùs fouere audemus, præſenti authoritate omnibus, qui inter vos contra Apoſtolica priuilegia B. Leonis Papæ, canonicas pecunia adepti ſunt, introitum maioris Eccleſiæ, videlicet ſancti Martini, & eaſdem Canonicas, vel præbendas vlterius retinendi licentiam & poteſtatem ex parte Omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, vſque ad condignam ſatisfactionem interdicimus. Datum Florentiæ 3. Idus Auguſti Indictione decima quinta. Gregor. l. 5. ep. 1.

33 *Vocantur denique ad ſedem Apoſtolicam.* Vocatos quidem ad Concilium Romanum anno 1078. ſed non veniſſe & prorogatum eis fuiſſe terminum vſque ad feſtum omnium Sanctorum, ita rogante ipſo Anſelmo Epiſcopo, & quibuſdam ex Canonicis ei adhærentibus, probabit hæc epiſtola anno prædicto ad refractarios tranſmiſſa. *Citat ad Concilium Romanum.*

GREGORIVS &c.

Clericis ſancti Martini Lucenſis Eccleſiæ.

CVM apud vos eſſemus, ſæpiſſimè vos per nos, & per confratres noſtros admonuimus, vti ſecundum priuilegium anteceſſorum noſtrorum, ſancti videlicet Leonis Papæ, & Victo- Greg. l. 6 ep. 11.

Digitized by Google

Victoris, quod ipſorum tunc Canonicorum veſtræ Eccleſiæ rogatu ipſi eccleſiæ fecerunt, vt communem, regularemque vitam duceretis: ſed vos, quæ veſtra ſunt, quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, noſtras admonitiones neglexiſtis. Cumque tantæ negligentiæ, & inobedientiæ, quæ ſcelus Idololatriæ à ſanctis Patribus dicitur, meritò iure vos ſententia iudicialis ferire deberet; Epiſcopi tamen veſtri, & quorundam fratrum veſtrorum precibus, Apoſtolica manſuetudo ſolita pietate, vt filios vſque ad feſtiuitatem omnium Sanctorum, deinde etiam interuentu eiuſdem Epiſcopi vſque ad Synodum vos clementer ſuſtinuit. Ad quam præcepimus, vt aliquos mitteretis de vobis, qui de veſtra nobis obedientia reſponderent. Quod quia minimè factum, vt decuerat, iam nunc æquitatis non poſſumus differre cenſuram. Proinde per veram obedientiam monemus, vt communem vitam viuatis, ſicut ſanctus Leo Papa Eccleſiæ veſtræ inſtituit, & ſicut Romana Eccleſia intelligit, ideſt, vt omnia Eccleſiæ bona in communem vtilitatem redigantur, & communiter, ſicut ſupradictum eſt, expendantur. Aut ſi id facere recuſatis, Eccleſiæ præbendam in manu Epiſcopi ad Eccleſiæ vtilitatem reddatis. Quod ſi neutrum horum (quod abſit) facere recuſatis, ex authoritate Dei Omnipotentis ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, omnium ecclesiarum introitum vobis vſque ad emendationem congruam prohibemus. Dat. Romæ 4. Kal. Decemb. ind. 2.

Eſt quod admirer; quod recenſitis omnibus actibus illius Synodi eo anno celebratæ, nullam huius inobedientiæ, & contumaciæ Lucenſium, prolatæque in eos comminatoriæ ſententiæ doctiſſimus, & acuratiſſimus Card. Baronius egerit mentionem. Sed eſt, quod ampliùs admirer, Seuerinum Binium in notis ad Concilium Romanum anno 1074. celebratum, totam cauſam Lucenſium tam inobedientiæ, quam conſpirationis contra ſuum Epiſcopum, quam etiam grauis in eos prolatæ ſententiæ ex decreto Fabiani Papæ, referre ad illam Synodum, authoremque citare Baronium. Et quidem verè ille ex *B. Pœnitentiario* ſub illum annum retulit, quæ ſub compendium congeſta ſunt de rebus iſtis Lucenſibus; imo & ad illud Concilium à Binio citatum vocatos affirmat Lucenſes. At verò non niſi anno 1078. iſta contigiſſe plane ex tranſcripta conſtat epiſtola, dum Indictio ſecunda non niſi Kalendis Septembris illius anni initium ſumpſerit, vti etiam ſingulis annis Pontificatus Gregorij, in eius regeſto ad Kalend. Septembris adnotatur nouam incipere Indictionem. Ille autem

Digitized by Google

autem electus fuit Pontifex ann. 1073. decimo Kal. Maij Ind. 11. quæ vſque ad Kal. durauit Septembris.

34 *Ibique conſpiratores in proprium Epiſcopum, & inſidiatores detecti ſunt.* Quod anno præterito renuerunt, iſto 1079. fecerunt, ad Concilium accedentes, in quo cuncta ab Authore legendæ hic fideliter recenſita, comprobata ſunt, vti ex hac epiſtola Gregorij liquebit manifeſtius. *Fort in eos cen. ſuras.*

GREGORIVS &c.

Lucenſi Clero, & populo excepris his, qui communicant, atque conſentiunt excommunicatis.

CLericorum veſtræ eccleſiæ cauſam diligenter examinantes, diuque in ea laborantes, nullam in eis rationem, atque veritatem, ſicut decet Chriſtianos, inuenimus. Quorum mirabilem, & inauditam ſuperbiam, licet ſine audientia ſecundum Synodalem ſententiam, quam in ſe prouocauerant, punire debuerimus; manſuetudinis tamen ſpiritu res eorum audiendas eſſe dignum duximus, vt ſaltem confuſos, & conuictos ad ſanum conſilium, ſenſumque humilitatis reuocaremus. Nam ſi in eis aliquod humilitatis ſignum mens noſtra perpendiſſet, ſine aliqua à nobis miſericordia non receſſiſſent. Quibus in ſuperbia ſua perdurantibus, auctoritas beatorum Martyrum, atque Pontificum Fabiani, & Stephani coram nobis allata eſt; quam nos per omnia huic negotio conuenire cernentes, eos vt rebelles, & inobedientes eiuſdem authoritatis ſententia damnauimus, quam litteris noſtris inſerendam eſſe exiſtimauimus, vt quantis ſint facinoribus irretiti, quantiſue contumelijs digni, liquido pateat. *Fabianus.* Statuimus, vt ſi aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, vt mox ante examinatum iudicium ſubmotus à Clero, Curiæ tradatur, qui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſq; reſtitutionis ſpe permaneat. *Stephanus Papa.* Clericus qui Epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi ſeruiendus. Hanc itaque in eos promulgantes ſententiam, exiſtimauimus, vt ſaltem terrore tantæ authoritatis ad humilitatem conuerterentur. Sed ipſi dati in reprobum ſenſum, & demerſi in diabolicæ cęcitatis puteum Gregor. l. 7. ep. 2.

Digitized by Google

teum, à communione Ecclesiæ separati, & excommunicati recesserunt. Vnde nos prædictorum Sanctorum statuta firmantes, ex authoritate B. Petri ab Ordinibus, & præbendis Ecclesiæ sancti Martini in perpetuum submouemus & decernimus, ita vt nullum deinceps inter Canonicos eiusdem Ecclesiæ locum teneant, aut præbendarum aliquod solatium, seu spem in posterum habeant. Vos itaque, dilectissimi filij, admonemus, imò Apostolica authoritate interdicimus, vt scelerosis contumaciæ actibus eorum non communicetis, sed vt ipsi illæsi & immunes à damnatione eorum permaneatis, illique ad pœnitentiam confundantur, intra ambitum ciuitatis vestræ eos cohabitare non permittatis: & vt tota prouincia eorum præsentia, & contagione mundetur, operam detis. Quod nisi feceritis, & eos magis, quam iustitiam & salutem animarum vestrarum dilexeritis, totius excommunicationis eorum in vos periculum inducetis, & iram Dei in præsenti & in futura vita sine dubio sentietis. Eos verò, qui illis, ne in superbia sua permaneant, & confundantur, restiterint, gratia B. Petri remunerandos censemus, & promittimus. Dat. Romæ Kal. Octob. Indictione tertia.

35 *Lecto capitulo sancti Martyris, & Episcopi Fabiani.* Vnici huius nominis Papæ anno 229. ad Pontificatum assumpti, cuius verba superiori epistolæ inserta, desumpta sunt ex eius epistola secunda ad Orientales Episcopos scripta, & referuntur c. *Statuimus* 11. *quæst.* 1.

36 *Conuenerunt quamplures iterum Episcopi apud sanctum Genesium.* Castrum vocant alij sancti Geruasij, quod Anselmus paulo antea emerat, & suæ vniuit Ecclesiæ, vti scribit [f] Florentinus, expensaque diligenter annorum serie coactum narrat Concilium anno 1080 post electum Brixiæ seu Brixinone in Noricis Antipapam Guibertum, olim Rauennatem Archiepiscopum. Plano quidem errore illud sub annum 1074. constituit [g] Binius, eo tantum innixus fundamento, quod Baronius cum alijs ad Lucensium causam spectantibus, ista sub illum annum recenseat. quod paulo antea notauimus. Impetrauit porro Anselmus hoc cogi Concilium in ipsa sua diœcesi, vt qua posset Canonicos in tanta rerum commotione, & schismatis periculo ad obedientiam morumque reformationem alliceret. Voluit itaque vt plenè coram audirentur, expositisque querelis integrum ferretur iudicium, vt vel sic in ordinem redigerentur, vel quam iusta fuerat sententia Pontificia in eos prolata, manifestius appareret.

[f] Floren. li. 2. pag. 198. & seqq.

[g] Binius in notis ad Conc. S. Genesij.

37 *Albanensis Episcopus nomine Petrus, vicem Domini Papa gere-*

Digitized by Google

gerebat. Sanctus ſcilicet ille Petrus cognomento *Igneus*, quia flammas ignis illæſus pertranſiuit, mirabili quidem, ſed periculoſo, atque alias temerario experimento, vt Petrum Ticinenſem, Epiſcopum Florentinum Symoniace ad illum gradum aſcendiſſe demonſtraret, qui poſtea factus Ficedenſis Abbas ordinis Vallis Vmbroſæ deinde ab Alexandro II. creatus eſt Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis. Multis functus Sedis Apoſtolicæ Legationibus, etiam vita perfunctus eſt magna ſanctitatis opinione. Eſt qui ſcribat nobili ortum genere ſtemmatis Aldobrandini. In aula Clementina palatij Vaticani tanquam ſuæ ſtirpis germen illuſtre, eius effigiem ſuis additis inſignibus exponi curauit Petrus Aldobrandinus, nepos Clementis Octaui.

Petrus Igneus Cardinalis.

Vide Baron. an. 1063.

38. *Quondam dicti Regis Henrici*. Regno quippe deiectus & excommunicatus fuit pridem à Gregorio in Synodo Romano anno 1076. habita & denuo in altera anno 1080. in qua Nonis Martij prolato decreto, inter alia Pontifex ſubiungit [ſæpe nominatum Henricum, quem Regem dicunt, omneſque fautores eius excommunicationi ſubijcio, & anathematis vinculis alligo, & iterum regnum Teutonicorum & Italiæ ex parte omnipotentis Dei, & veſtra (Apoſtolorum ſcilicet Petri, & Pauli) interdicens ei, omnem poteſtatem, & dignitatem illi regiam tollo, & vt nullus Chriſtianorum ei ſicut Regi obediat, interdico, omneſque, qui ei iurauerunt, vel iurabunt, a iuramenti promiſſione abſoluo.]

Henricus regno abdicatur.

39. *Quidam nomine Petrus*. Qualis fuerit Petrus iſte, abunde ab authore legendæ deſcribitur. Nullo aptiori vocabulo exprimi poteſt, quam ſi dicatur, *omnium malorum, & iniquitatum coagulum*. Quis vero, aut cuias fuerit, aut quanto tempore nefarie vſurpatum occupauerit Epiſcopatum, non eſt qui referat. Toto tempore vitæ Anſelmi, & aliquanto poſt illius mortem, illum retinuiſſe conſtat ex ijs quæ §. 72. legendæ narrantur. *Diaconum* dicunt Ferdinandus [h] Vghellus (qui magno ſtudio, multiſque voluminibus eccleſias luſtrauit Italicas, noſter à multis annis amicus) & Florentinus ſæpe citatus, ſed *Subdiaconum* legenda pronunciat.

[h] Vghel. tom. 1. in eccl. Lucen. n. 48

Hactenus de tædioſa, & proterua contumacia Canonicorum Lucenſium, de qua nihil haberi in vita ad ſe à Lucenſibus miſſa monet [i] Baronius, neque in ea, quam olim Mantua recepimus, reperiri nos ſimiliter atteſtamur. Decurtatam olim iudicat Baronius ab aliquo ex Canonicis, ne eiuſmodi ignominia ſugillati reperirentur maiores eorum. Vitæ porro, quem exhibemus,

[i] Baron. 1074. *Quid ſentiendũ de cõtrouerſia Canonicorũ Lucenſium?*

Digitized by Google

authorem verè, fideliterque cuncta perſtrinxiſſe perſpicuè probatur ex deductis Gregorianis epiſtolis, conciliorum Actis, collatiſque aliorum monumentis. His tamen criminibus non fuiſſe Canonicos omnes, & Clericos irretitos, vt ſupra præmonuimus, plane conſtat ex duabus poſterioribus, quas exſcripſimus, Gregorij epiſtolis, probatque eruditè ex tabulis eccleſiæ Lucenſis Florentinus. Tres præ reliquis ex primarijs eccleſiæ viris Anſelmo adhæſiſſe refert, Gaudium Cantorem, Lambertum Archipresbyterum, & Bardum primicerium (quem huius vitæ ſuſpicamur authorem) & duos quidem poſteriores anno 1084. poſt expulſum Luca Anſelmum quarto, perſuaſiſſe Rolando Seracini filio, Peſciæ in Tuſcia ægrotanti, vt partem Caſtri Montiscatini Vallis Nebulanæ, quam antea Anſelmus poſſederat, ei liberam relinqueret, quod ſe in teſtamenti tabulis feciſſe declarat, *ad perſuaſionem Domini Bardi Primicerij atque Diaconi, & Lamberti Archipresbyteri Canonicæ S. Martini iniuſtè exulentium.*

40. *Veniente in Tuſciam Henrico cum hæreſiarcha Vuiberto*, alias *Giberto, Ghilberto, Guiberto, & Guisberto.* Anno 1080. electo per Schiſmaticos Guiberto, vti diximus, occiſo Rodulpho Sueuo in Regem contra Henricum aſſumpto, & profligato per Henrici partiarios Longobardos exercitu Mathildæ poſt ſtratam apertamque ſibi viam in Italiam anno 1081. Romam veniſſe Henricum affirmat Albertus Stadenſis noſter, ſed cum vrbem expugnare non poſſet, in Tuſciam, & Lucam perueniſſe ſub finem Iulij, ibique aliquantum ſubſtitiſſe ex illius vrbis, & eccleſiæ monumentis probat Florentinus.

Vide num. 36.

41. *Inuenta eſt ſola, atque vnica Dux, & Marchioniſſa Mathilda in fide permanens.* Verè tunc reperi potuit illud Pſalmiſtæ [l] *Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*, Pontificem Gregorium, in cuius fide ſola Mathilda permanſit. His concinit [m] Domnizo.

[l] Pſalm. 2.

[m] Domn. l. 2. c. 1.

Italiam rurſum ſpatium poſt temporis vnum
Ingreditur, (Henricus) *terram totam maculabat oberrans:*
Sola reſiſtit ei Matbildis filia Petri.

42. *Vt quaſi altera Debora populum iudicet, militiam peragat.* Non immerito inſignis hæc heroina comparatur Deboræ prophetiſſæ, *quæ iudicabat populum in illo tempore*, & ita contriuit fortitudinem *Iabin* Regis *Chanaan*, & *Siſaræ Ducis exercitus illius, vt nongentos currus falcatos, vniuerſamque multitudinem in ore gladij* per manus Barac profligauerit, & *omnis hoſtium multitudo*

Mathildis comparatur Deboræ. Iudic. 4.

titudo vſque ad interfectionem ceciderit. Vtraque vidua, Mathildis & Debora, vtraque iudex populi, vtraque fortis & potens, vtraque potens in prælio, ambæ magnis viris, & præclaris Ducibus illuſtriores. Optime & appoſite ad vtramque [n] Ambroſius. [Debora non docuit ſolum viri auxilio viduas non egere, verum etiam viris poſſe eſſe ſubſidio, quæ nec ſexus infirmitate reuocata munia virorum obeunda ſuſcepit, & ſuſcepta cumulauit. Multa millia virorum vna vidua & in pace rexit, & ab hoſte defendit. Vidua populos regit, vidua Duces eligit, vidua bella diſponit, mandat triumphos. Non ergo natura rea eſt culpæ, nec infirmitati obnoxia. Strenuos enim non ſexus, ſed virtus facit.] Vide quæ de illius conſtantia & fortitudine ſcribit ipſe Anſelmus in fine epiſtolæ ad Vvicbertum, dum ad illius obiectiones reſpondet.

[n] Ambr. l. de Vid. ad med.

43. *Cuſtodienda commendatur præſcripto Lucenſi Epiſcopo S. Anſelmo*. Idipſum commemorat his verſibus [o] Domnizo.

Gregorius Præſul Romanus, vt egit IESVS,
In cruce qui moriens dat diſcipulo Genitricem,
Commiſit dominam ſic Anſelmo Comitiſſam;
Quam docuit dictis, regit exemplisque benignis,
Peruerſæ ſectæ monuitque reſiſtere ſemper.
Conſilij magni vir hic Angelus his fuit annis.
Conſilium cuius ſequitur Comitiſſa venuſtum.

[o] Domn. cit. cap. 2. Commendatur S. Anſelmo

Commendationem hanc cum noſtro authore narrat Domnizo poſt ſecundum aduentum Henrici in Italiam, exortamque perſecutionem Guibertinam, & expulſionem Anſelmi è ſua Sede. Baronius eam refert, ſeu verba recitat noſtri authoris ſub annum 1074. Longe prius commendatam Mathildam Anſelmo per Alexandrum II. anno videlicet 1066. narrant Florentinus & [p] Ptolomæus Lucenſis. Ptolomæi verba ſunt. [Anno M. LXV. Comitiſſa Mathilda petit ab Alexandro Papa vnum clericum honeſtæ vitæ, & gratioſæ conuerſationis, ac conſilij ſani, qui ipſam poſſet dirigere in agendis. An. M. LXVI. Alexander ad inſtantiam dictæ Comitiſſæ tradit eidem vnum Clericum ſibi familiarem, qui dictam Comitiſſam in deuotione eccleſiæ conſeruaret: quod factum fuit, cui nomen Anſelmus, qui vſque ad mortem domum eius gubernauit, & ipſam in agendis direxit, qui poſtea fuit Lucenſis Epiſcopus] & infra ſub annum M.CXV. [Hęc Comitiſſa familiarem habuit quendam clericum honeſtiſſimæ vitæ & . . . . . cui nomen Anſelmus, vir magnæ probitatis cuius conſilio regebatur dicta Domina, quam

[p] Ptolm. in Annal.

ei miſerat Alexander Papa. Hunc autem Gregorius fecit Epiſcopum Lucenſem] Vter horum Pontificum aliud ei commiſerit munus honorificum *Collectoris Cameræ Apoſtolicæ*, quo eum inſignitum fuiſſe narrat q Ciacconus, neque apud ipſum, neque apud alium inuenio. Hac fortaſſe vſus poteſtate egit cum Comitiſſa Mathilda, Abbate Gherardo, & fratribus vt theſaurus locuples eccleſiæ mitteretur ad Gregorium Pontificem pro defenſione Eccleſiæ Romanæ contra Guiberti tyrannidem. Obtinuit porro, & theſaurum miſit anno 1082. qui Canuſij decoctus conſtitit libris ſeptingentis argenti, & auri nouem, vt præmittitur in codice M. S. Vaticano libris metricis Domnizonis presbyteri Canuſini. Commiſſam vero ſibi cuſtodiam Mathildis, eccleſiæ præcepto, narrat ipſe Anſelmus ad finem epiſtolæ ſcriptæ ad Guibertum.

Anſelmus Collector Cameræ Apoſtolicæ.

q Ciacc. ad fin. vit. Gregorij.

44. *Non quiſquam Epiſcopus, aut Abbas, ſiue Præpoſitus eſſe potuit niſi qui maiorem pecuniam &c.* Omnia hæc obiecit noſter ipſe r Anſelmus Guiberto, Henrici idolo. [Vos Eccleſiæ Catholicæ, quam inuaſiſtis, membra diſtrahitis, & in ſeruitutem redacta quaſi vile mancipium in veſtrum dominium redigitis, & diuini iuris libertatem veſtro obſequio mancipatis, dicentes omnia Imperatoris iuri eſſe ſubiecta, Epiſcopatus, Abbatias, omnes omnino Dei eccleſias. In parte ſua quis præficitur, niſi quem aut gratia ex hauſto fœnore vel munus à manu, vel munus à lingua, vel munus ab obſequio attraxerit? quis moribus, quis honeſtate, quis vitæ integritate eligitur?] Author vitæ S. Altmanni, epiſcopi * Paſſauienſis, ita illius temporis calamitates, & Eccleſiæ oppreſſionem deplorat. Quid Henrici tempore paſſa ſit Eccleſia, quid regnum, quanti paſtores ab ouibus ſuis ſint abſtracti, humanus ſanguis quantus ſit effuſus, quæ patratæ luxuriæ, incendia, rapinæ, orbem non latet, & ſcriptores temporum non tacuerunt.] S. Gebhardus Archiepiſcopus Salisburgenſis in epiſtola ad Hermannum Epiſcopum Metenſem, vno verbo cuncta comprehendit. Henricus Simonem Magum rurſus contra Simonem Petrum excitat.] Sed ne amicorum Anſelmi Epiſcoporum, qui ſimilia cum ipſo paſſi ſunt, ſuſpecta teſtimonia proferre dicamur, ipſius Henrici ſpontaneam & liberam offerimus confeſſionem. Ecce ipſius verba in epiſtola ad Gregorium paulo antea electum, ſiue ſincerè, ſiue fraudulenter exarata. [Heu criminoſi nos & infælices: partim pueritiæ blandientis inſtinctione, partim poteſtatiuę noſtræ & imperioſæ potentiæ libertate; partim etiam eorum, quorum ſeductiles ni-

r Anſelm. in ep. ad Guiber.

Eccleſia ſub Henrico Vandalo.

* al. Batauien.

Habetur in regiſt. Greg. l. 1. poſt ep. 29.

mium ſequuti ſumus conſilia, ſeductoria deceptione peccauimus in Cœlum, & coram vobis, & iam digni non ſumus vocatione veſtræ filiationis. Non ſolum enim nos res eccleſiaſticas inuaſimus, verum quoque indignis quibuslibet, & Simoniaco felle amaricatis, & non per oſtium, ſed aliunde ingredientibus Eccleſias ipſas vendidimus; & non eas (vt oportuit) defendimus.]

45 *Direxit ad eum matrem ipſius religioſiſſimam Imperatricem Agnetem, & cum ea reuerendiſsimos duos Epiſcopos, Prænestinum & Cumanum.* Concordant omnes miſſam Agnetem genitricem, ſed in numero, & perſonis Legatorum diſcordant. [f] Domnizo ita hanc refert legationem. f Domn. l.2.c.19.

Regis erat mater tunc Romæ ſubdita Papæ,
Quam vir amans pacem pro nati mittere pace
Ordinat, & ſecum Prænestinæ quoque verum
Pontificem Chriſti, cui iungit & Oſtia triſtis
Pontificem magnum, quem nomine clamo Giraldum.
Hos vltra montes direxit Papa, duoſque
Quos Rex dignanter cum matre recolligit Agne.

[t] Lambertus etiam, accuratus rerum huius temporis hiſtoricus, quatuor enumerat, & duos illos Domnizonis præter Oſtienſem & Prænestinum, ſignanter explicat fuiſſe Curienſem, & Cumanum Epiſcopos. [u] Ciacconus Oſtienſem Gerardum appellat, alijs legationibus prudenter perfunctis præclarum, ſocios addit duos duntaxat, Vbertum, ſeu Lopertum (quem in duos ex hac nominis incertitudine partitur epiſcopos [x] Vghellus) Prænestinum, & Robertũ Nouocomenſem. Hos tres duntaxat appoſitis nominibus enumerant acta Vaticana Regiſtri Nicolai de Aragonia, quorum penes me habeo exemplar. Incidit autem legatio in annum 1074.

t Lamber. an. 1074.

u Ciacc in Alex. II. num. 8.

x Vghel. in eccleſ. Prænest. nu. 18. & 19.

46 *Pœnitentiam diſsimulauit, obedientiam denouit.* [y] Domnizo ita ſuperiorem proſequitur narrationem. y Domn. citat.

In manibus quorum (legatorum) *promiſit iuſſa piorum*
Se pro poſſe ſequi, Papæ, ſancti quoque Petri,
Eccleſiam ſummi domini non vendere nummis.
Lætificat valde nati reſponſio matrem.
Romam regreſſa Papæ retulit noua geſta.
Papa Deo laudem tulit immenſam ſuper hanc rem.
Ad ſcelera rurſum redyt Rex poſt modicum tunc.

47 *Collegit Epiſcopos in ciuitatem Vvormatiam, habitoque Conciliabulo, &c.* Henricus anno 1075. obtenta victoria contra Sa-

Henrici 4. peruicacia erga Gregoriũ.

Saxones timore, quo se prius Gregorio humiliauerat, iam solutus, quæ Legatis antea promiserat penitus contempsit implere, quod postquam illi per [a] litteras Gregorius exprobrauerat, Legatos misit, qui eum ad causam dicendam in Synodo Romæ in proxima Quadragesima anni 1075. cogendam vocarent. Inde magis exardescens Rex abiectis, (vt refert [a] Lambertus) cum graui contumelia Legatis, omnes, qui in Regno suo essent, Episcopos, Abbates Vvormatiæ Dominica Septuagesimæ conuenire præcepit &c. Vbi nomine omnium, qui conuenerant, plenæ contumeliarum litteræ destinantur, quibus denunciatur Romano Pontifici, vt Pontificatu, quem contra ecclesiasticas leges vsurpasset, se abdicet, sciatque post eum diem, quidquid agat, iubeat, decernat, irritum haberi.] Huius conciliabuli seriem, & acta multis Domnizo prosequitur carminibus.

Gregor. l. 3. epist. 10.

a Lamber. a. 1076.

48 *Præscripserant primæ sedis Episcopum, quod à sæculis non est auditum.* Baronius ex proximè relatis Lamberti verbis ponderat, quod eo progredi non est ausa factio impiorum, vt Gregorium e sede Pontificali deponeret, sed vt ille se ipsum deponeret. Attamen vlterius processisse & depositionis blasphemiam in Gregorium protulisse, nec voluntariam renuntiationem Pontificatus ab eo illos expectasse, quæ sequuntur apud nostrum authorem, & epistola à nobis supracitata sancti Gebhardi apertè demonstrant. Eam (inquit [b] Gebhardus) legationem accepit Gregorius: Descende, descende; interdicimus tibi omne ius Papatus. Dicant huius legationis compositores, qui conuentui Vvormatiæ habito intererant; vbi gratis à se iugum disciplinæ proiecerunt? Vbi sanctæ obedientiæ libellum repudij conscripserunt? vbi nouam hanc mundo legem condiderunt? vt seruus Principi summo Pontifici cathedram Episcopalem interdicendi ius habeat. Dicant ergo, dicant, etsi non nobis, tamen Ecclesiæ iuste aduersus eos proclamanti.] Quod vero huiusmodi insanum edictum, vel blasphemum præceptum à sæculis non fuerit auditum, ipse testificatur Gregorius scripta de hac re [c] epistola ad omnes, qui se cupiebant adnumerari inter oues, quas Christus beato Petro commisit. Audistis, (inquit) fratres nouam & inauditam præsumptionem? audistis sceleratam Schismaticorum, & nomen Domini in Beato Petro blasphemantium garrulitatem, & audaciam? audistis superbiam ad iniuriam, & contumeliam sanctæ & Apostolicæ Sedis elatam? qualem vestri Patres nec viderunt, nec audierunt vnquam; nec Scripturarum series aliquando à paganis vel hæreticis docet emersam. Cuius

A sæculo nũquam audita.

5 Gebhar. in fin. ep.

c Gregor. l. 3. ep. 6.

mali

mali etſi aliquod vnquam poſt fundatam, & propagatam fidem Chriſti præceſſiſſet exemplum: omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu, & conculcatione Apoſtolicæ, imo diuinæ, authoritatis dolendum foret, & gemendum.]

49 *Huius legationis lator fuit quidam Heberardus nomine.* Domnizo,[d] quem ſequitur Baronius, vocat Rolandum.

Quidam Rolandus Parmenſis Clericus aptus
Eligitur quarum gerulus tunc litterularum.

His, quæ apud authorem ſequuntur de hoc Heberardo, ſiue Rolando, egregie conueniunt, quæ de nequiſſimo Ioanne Iudæo, ad excidium Ieroſolymorum nato, ſcribit [e] Ioſephus. [Callidiſſimus ac dolis plenus, & nequitia quidem nobiliſſimus omnium, antea vero pauper, & aliquandiu malitiæ ſuæ impedimentum paſſus inopiam, facile mentiri paratus, miruſque fidem adhibere mendacio, & qui fallaciam virtutem putaret, eaque aduerſus amiciſſimos vteretur. Simulator humanitatis, & ſpe lucri appetentiſſimus, qui ſemper quidem immoderata concupijſſet, ſpem vero leuioribus maleficijs aluiſſet.] Factum iſtud impudentiſſimi Clerici multis narrat Berntedienſis in vita Gregorij.

d Domn. citat.

Legatus Henrici ad Gregorium qualis.

e Ioſeph. de bello Iud. l. 2. cap. 26.

50 *Omnis illa ſancta Synodus iure indignata, anathema illi conclamat.* In vita, ſeu Actis Gregorij à nobis ſupra citatis, conformiter ad iſta refertur, quod non prius ferme Rolandus Henrici nomine inuectiuam habuit contra Gregorium orationem, quam ſuperuenerint die ſequenti litteræ Epiſcoporum illius Conciliabuli Vvormatienſis, confitentium ſe erraſſe, & veniam humiliter deprecantium. Concitatis itaque vehementius in Henricum Patribus, cum tempus iam inſtaret abſoluendi Synodum, Pontifex habito cum centum, & decem Epiſcopis vtiliori conſilio, in eundem Regem, qui Eccleſiaſticam vnitatem ſcindere attentauit, excommunicationis ſententiam protulit, & vſque ad condignam ſatisfactionem ſententiam ipſam firmiter obſeruari præcepit] Non diſſimiliter eadem narrat [f] Domnizo: relatis enim quæ circa hæc Papa in Synodo dixit, ſubiungit.

Excommunicatur Henricus.

f Domn. citat.

Plura loquens Papa, dixit Synodus ſibi ſancta:
Tu Pater es Patrum, blaſphemum contere praauum,
Eſt noſtrum quippe iuſtis parere tuiſque,
Pro Chriſto mortem patienter gliſcimus omnes,
Iudicium confer, gladium trahe, percute fortem.
Omnibus excelſo dignum clamantibus eſſe,
Priuari regno Regem, maledicere nec non.

Papa

Papa dolens, vinclis anathematis illico ſtrinxit
Regem prædictum, cui regnum deuetat ipſum,
In Quadrageſima Synodus celebrata ſit iſta,
Qui Petrum ſanctum, qui Papam diligit almum,
Hoc anathema probat.

Anathema iſtud ſupra nu. 38. prælibauimus, & totum exſcripſit Bernredienſis in vita Gregorij.

51 *Per quem reſtaurari cæperunt omnia iura Canonica, vſque ad ipſum prorſus abolita.* Non tam calamo, quam opere, veram ab omnibus exigens Canonum obſeruantiam, eccleſiam liberans à Regis tyrannide, & Principum ſacrilegis vſurpationibus. Etſi verò doctiſſimos, & ſanctiſſimos habuerit in iuuentute magiſtros, Laurentium Archiepiſcopum Amalphitanum, quem digne laudat Petrus Damiani in vita ſancti Odilonis, & Ioannem Gratianum Archipresbyterum, poſtea Papam Gregorium Sextum nuncupatum, & Gregorium hunc ipſum, virum in ſacris litteris eruditiſſimum nuncupat [g] Lambertus Schafneburgenſis ſynchronos, canonum tamen nullam refertur feciſſe collectionem. Traditionum etiam Apoſtolicarum ſtudioſiſſimum obſeruatorem fuiſſe author Micrologi de Eccleſiaſticis obſeruationibus, ipſi contemporaneus, eiuſque in ſacris Ritibus addiſcendis diſcipulus, his verbis teſtatur. [Sedis Apoſtolicæ noſtro tempore talem Deus gubernatorem, reuerendæ, inquam, memoriæ Gregorium Papam (hunc Septimum ſcilicet) impoſuit, qui ſub decem ſuis anteceſſoribus à puero Romæ nutritus, & eruditus, omnes Apoſtolicas traditiones diligentiſſime inueſtigauit, & inueſtigatas ſtudioſiſſimè in actum referre curauit. Hunc ergo Doctorem, religione, & authoritate præcipuum, imo Apoſtolicam traditionem per ipſum in conſecrandis myſterijs potiſſimum imitari decreuimus, ſicut nos ipſi per ipſum, & per Epiſcopos, qui eum imitati ſunt, accepimus.] In quorum numero Epiſcoporum præcipuum inferius enarrat Anſelmum noſtrum Lucenſem. Vide quæ ſupra diximus de Gregorio, nu. 20. & quæ infra dicimus de Anſelmo, num. 84.

Gregorij magiſtri.

g Lamber. an. 1073.

Micrò-log. c. 14

52 *Quæ tunc maximam partem regebat Italiæ.* Huic aſſertioni teſtimonium perhibent [h] Lambertus, & Abbas [i] Vrſpergenſis. Dominam Tuſciæ, & Liguriæ nuncupat Petrus [l] Diaconus Caſſinenſis. Ptolomæus [m] Lucenſis dominam Tuſciæ, & Lombardiæ. Sibi ſubiectas narrat [n] Florentinus Mantuam, Mutinam, Reggium, Parmam, Placentiam, Veronam, ſuſpicaturque feudales habuiſſe Ducatum Spoletanum, Marchiam Anconitanam,

h Lamber. an. 1120

i Vrſp. an. 1126.

l Diac. l. 3 cap. 48.

m Lucen. an 1115.

n Flor. l. 2. pag. 334

Quanta potentia Mathildis.

Digitized by Google

nam, ditionem, vrbemque Ferrarienſem à Pontificibus Romanis partim Tedaldo auo, partim Bonifacio genitori, & Gaufrido marito conceſſas. Adde his ditionis magnæ auctuarium in Lotharingia genitrici Beatrici beneficio dotali adiudicatum. Ditiſſimam, & potentiſſimam dixit [o] Dodechinus, quæ totis annis triginta belli molem contra maximos Principes, & Reges Romanorum gloriosè ſuſtinuit. Nihil proinde mirum ſi [p] author ille vitæ Gregorij dixerit: *eam tunc temporis Italiam totam præ cæteris gubernaſſe.*

[o] Dodechin. in append. ad Maria. Scot. an. 1093.

[p] Paul. Bern. in vita Gregor. vij.

53 *Henricum Regem & dominum abnegauerunt.* Cod. Ingolſtad. *abrogauerunt.* Etenim Principes Sueuiæ, & Saxoniæ Triburiam ampliſsimo numero conuenientes, & per ſeptem dies continuos præſentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, Sigehardo Patriarcha Aquileienſi, & Altamanno Patauienſi, de quo ſupra diximus, Pontificis in cauſis Eccleſiaſticis Vicario, conſilia conferentes, Regem ad anguſtias Villæ Oppenheim redegerunt. Videbant enim triſtes nimis ſtatum Reipublicæ euerſum, & quod tranquillitas eccleſiarum turbata erat, Maieſtas Imperij ablata, auctoritas Principum euacuata, mores inuerſi, leges abolitæ, quod maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit, nullumque ſupereſſe remedium præter iniquiſſimi, mendaciſque Regis, toties meliora falſo promittentis, abrogationem, tandem illud inierunt conſilium, vt Auguſtæ indiceretur generalis Principum conuentus, in quo præſente Romano Pontifice, vt vel ille, impœnitens cauſa, & regno cederet, aut contritus, & humiliatus veniam, & anathematis abſolutionem impetraret. Interim dimiſſis, quos in comitatu habebat excommunicatis, Spiræ priuatam vitam ageret, ab omni regimine, à principis apparatu, à Regijs abſtinens inſignibus.

Ad magnas anguſtias redactus Henricus. Oſeæ 4.

54. *In oppido Canuſino.* Munimentum erat fortiſſimum comitatus Reggienſis in Lombardia, ab Attone, Sigefredi Principis, in ditione Lucenſi prognati, filio ſecundo, ſuper nudam rupem ante aliquot annos conſtructum, turribus, & propugnaculis vndique coronatum. Hic natus Donnizo presbyter, patriam ſuam rudi illo carmine multis deſcribit in principio libri primi de vita Mathildis. Vide quæ diximus num. 31. de tranſactis hoc in loco inter Gregorium, & Henricum.

Canuſij oppidum.

55. Et *Adelaſia.* Cod. Ingolſtad, *Adeletia*, *Adelaia*, ſeu *Adelheida.* Comitiſſa erat, ſeu Marchioniſſa Alpium Cottiarum, Regis ſocrus, quæ illi ex Germania, per Burgundiam in Italiam

liam celeriter proficiſcenti, cum filio ſuo Amadeo occurrit. Matris & Filij in illis regionibus & auctoritatem clariſſimam, & poſſeſſiones ampliſſimas, & nomen celeberrimum fuiſſe ſcribit Lambertus, eamque huic Conuentui Canuſino interfuiſſe narrat [q] Gregorius in epiſtola ſcripta ad Prælatos, & Principes regni Teutonicorum, de pœnitentia, & abſolutione Henrici.

[q] Greg.l.4 epiſt. 12.

56. *Cum B. epiſcopus Anſelmus legationem D. Papæ vna cum religioſiſs. Hoſtienſi Epiſcopo Gerardo Mediolanum deferret.* De Gerardo diximus [r] ſupra in Legatione Germanica, Hanc autem Mediolanenſem decreuit Gregorius, vt illius eccleſiæ viros vniret Romanæ. Iſtius Legationis meminit [s] Bertoldus Conſtantienſis, perperam tamen affirmat cum Gerardo captum fuiſſe Anſelmum, cum milites ab eius captura abſtinuerint, *quia indigena, & quia nobilis erat proſapiæ.* Confirmant hæc quæ de patria, & proſapia Anſelmi diximus [t] ſuperius, quæ in id ipſum vrget, & expendit Ioannes Petrus [u] Puricellus in monumentis Baſilicæ Ambroſianæ Mediolanenſis.

Anſelm. Legatus Mediolanen.

[r] Videnum. 45.

[s] Bartol. an. 1077.

[t] Vide n. 2

[u] Puric. nu. 278.

57. *Quemquam liberare voluit.* Cod. Ingolſtad. *quemquam ſimulare*, error eſt Amanuenſis.

58. *Eligitur interim in partibus Teutonicis dux Rodulphus in Regem.* Reſiliente iterum ab obedientia Gregorij Henrico, & in Pontificios debacchante, Principes Imperij Rodulphum Sueuiæ Ducem, abdicato Henrico, ad regnum aſſumunt, & Moguntiæ à Sigifrido Archiepiſcopo Moguntino conſecrari curarunt, Gregorio inconſulto.

Rex Romanorū Rodulphus. Marian. Scot. an. 1077.

59. *Mortuo in fide Catholica Rege Rodulpho.* Confirmatus in regno à Gregorio, & regali donatus corona Rodulphus, poſt illatas acceptaſque clades anno 1080. Idibus Octobris ab Henricianis occiſus eſt in prælio apud Elſtram fluuium in Germania, etſi penes Saxones remanſerit victoria.

Idē. an. 1080.

60. *Nunquam præſumpſerunt.* Quamtumuis ſexdecim Schiſmata in Eccleſia præceſſerint, & paulo antea Cadalous Epiſcopus Parmenſis, authore, & promotore hoc ipſo Guiberto, à duobus tantum epiſcopis Vercellenſi, & Placentino fuerit contra Alexandrum II. immediatum Gregorij prædeceſſorem, ſub Honorij nomine, in idolum erectus, attamen conſideratis omnibus circumſtantijs, turpius omnibus, qui ſimilia aggreſſi ſunt, tyrannis & Schiſmaticis Principibus Henricus aberrauit. Nullus tam immaniter exceſſit, nullus tam fœdè deliquit. Non incongrue à noſtro authore [x] Baronius ſcelus expendit. Audiſti (inquit) quæ tum epiſcopi Schiſmatici, ſæpe condemnati Simoniaci,

Singulare Henrici in Gregorium ſcelus:

[x] Baron. an. 1080.

Digitized by Google

niaci, tumque Henricus ipſe in eodem Satanico Conuenticulo Brixienſi ſint nullo exemplo maiorum auſi? vt quem per annos octo Orbis Catholicus cognouerit legitimum eccleſiæ catholicæ caput, & Eccleſiæ Romanæ Pontificem, eundemque Rex ſuo calculo confirmauerit (vt ſupra notauimus) eidem ipſi de ipſius electione quæſtio moueatur: quin & inauditus, imo nec vocatus ad Synodum condemnetur. Quod huic ſimile portentum vidit aliquando populus Chriſtianus? Quod huic ſimile monſtrum peperit aliquando ex connubio Satanæ hæreſis, vel Schiſma produxit?]

61. *Multis iam annis excommunicatum.* Propter excitatum à Guiberto Schiſma Cadaloicum ab Alexandro II. iam pridem excommunicatus fuit, deinde à Gregorio an. 1076. tertium ab eodem anno 1078. pronunciata in ipſum, & Theodaldum Archiepiſcopum Mediolanenſem ſententia Synodali, propter inauditam (inquit) hæreſim, & ſuperbiam contra eccleſiam Catholicam; ſubiungens inſuper, & olim iam factum anathema ſuper ipſos innouamus. y Scribens autem ad Epiſcopos Principatus Apuliæ, & Calabriæ de hac ſacrilega Schiſmaticorum in illo conciliabulo temeritate, his notis quod ſibi effinxerunt, idolum depingit. Conati ſunt hominem ſacrilegum & S. R. E. periurum, nec non per vniuerſum orbem nefandiſſimis ſceleribus denotatum, Vvibertum dicimus, ſanctæ Rauennatis eccleſiæ deuaſtatorem, Antichriſtum ſibi, & Hæreſiarcham conſtituere.

Sæpe excommunicatus Hæreticus.

y Greg. l. 8 epiſt. 5.

62. *Hic, nobis cernentibus, omnem obedientiam & ſubiectionem D. N. Papæ Gregorio exhibuit.* z Domnizo loquens de perfidia & periurio Guiberti, ita breuiter canit.

z Domn. citat.

Dum fuit electus Gregorius, iſte Guibertus
Ipſi iurauit, contra quem nunc mala ſancit.

Eum quidem in concilio Romano cum Epiſcoporum diuerſarum prouinciarum immenſa multitudine ſediſſe, & ſoluto concilio, ac redeuntibus ad propria cæteris, qui fuerant conuocati, illum cum Papa Gregorio, ſed in dolo, vtpote qui ad Papatum iam anhelabat, remanſiſſe, necnon poſt infandum ſcelus * capti Gregorij ad S. Mariæ Maioris in nocte Natiuitatis Dominicę, dum ſolemne perficeret ſacrificium, per Centium Stephani Vrbis Præfecti filium, idque ex conſilio Guiberti, ab Vrbe Rauennam redijſſe abſq; eiuſdem Pontificis licentia, habent acta illa Gregoriana, à nobis ſupra citata. Et paulo inferius addunt, hominem tunc manifeſte periurum, de periurio ad

* Diffusè hæc narrat Paul. Bernriedien. in vita Gregor. dignisq; ornat titulis sacrilegũ.

Digitized by Google

inobedientiam, de inobedientia ad excommunicationem, de excommunicatione ad idololatriã peruenisse. Studuit quidem Gregorius sub exordium Põtificatus illum multis modis demereri, timens hominem natum ad nocendum; sed frustra omnia, cum ille ambitionis percitus æstu, beneficijs infestior redderetur.

Hugo Cãd. diuisque à Petro ejus.

63. *Affuit Hugo nomine, Candidus facie, nigerrimus mente.* Cod. Ingolstad. *Candidus nomine*: aptius & melius noster codex, præmisso nomine *Hugonis*, & facta antithesi cognominis inter vultus speciem, & morum nigredinem. Quam niger & deformis fuerit, ex hac sententia in eum prolata in Synodo Romana Archiepiscoporum, & Episcoporum fere centum, anno 1078. celebrata constabit. [Hugonem Cardinalem tituli S. Clementis, tertiò ab Apostolica Sede damnatum, eo quod aspirator, & socius factus hæresis Cadaloi Parmensis Episcopi: & iterum constitutus Legatus Apostolicæ Sedis, hæreticis, & Simoniacis, & ab Apostolica Sede damnatis se coniunxit; & tertio tactus Apostata & hæresiarcha, Schismata & diuisiones atque scissuras in Ecclesia Dei tentans, eam scindere, fecit: ab omni sacerdotali officio priuamus, & tam ab ingressu, & honore prædictæ ecclesiæ, quam omnium ecclesiarum, sub perpetua, & irreuocabili sententia submouemus, & vsque ad satisfactionem anathemate percutimus.]

64. *Brixanorium vocatur*, Cod. Iugolstad. *Brixanerium*. Brixiam Noricam vocat Abbas Vrspergensis; Brixinam Ortelius, Germaniæ episcopalem vrbem in Alpibus, sitam in Tirolensi comitatu inter Oenipontum, & Bolzanum. Quidam putant hanc fuisse Antonini Sublauionem, alij eiusdem Sabonam. Vide Cluuer. in sua Vindelica, & Norico cap. 4. Simlerus duas assignat Brixinas, vnam minorem, olim Episcopi Sedem; aliam maiorem, vbi nunc eius Sedes est. De priori minori fortassis noster loquitur author, dum vicum pro ciuitate habitum, despicabiliter affirmat.

65. *A pueritia sua sic didicit.* Natus enim est 4. Idus Nouemb. anno 1051. & anno 1061. mense Octobris ætatis ipsius anno decimo, Cadalous Episcopus Parmensis Antipapa sub Honorij nuncupatione contra Alexandrum II. paulo antea canonicè electum, creatus est, Agnete matre Imperij administra. Quomodo vero hæc facta sint, ita refertur in actis Alexandri, quæ ex Registro sæpe citato exscribo. [Electo Romæ Alexandro, Lombardorum episcopi tanquam Simoniaci, & incontinentes, authore Guiberto Parmenti, conuenerunt in vnum, &

Henricus à pueritia male afflictus.

in

Digitized by Google

in concilio clericorum multitudine congregata, communiter ſtatuerunt, vt aliunde non deberent Papam recipere niſi ex paradiſo Italiæ (ita vocabant Lombardiam) & talem perſonam, quæ eorum infirmitatibus compateretur, & condeſcenderet. Quo facto aliquos ex ſeipſis ad Imperatricem vltra montes miſerunt, qui eius animum, quibus poſſent, veroſimilibus figmentis allicerent, & ſibi propitiam facerent, & quod filius eius ita in honore Patritiatus (Romani) deberet ſuccedere, ſicut in regia dignitate. Præterea impudenter aſſerebant, quod Nicolaus Papa ſtatuerat in decretis ſuis, quod nullus deinceps haberetur epiſcopus, niſi prius eligeretur ex conſenſu Regis. His igitur & alijs circumuentionibus Imperatrix decepta, conſenſum præbuit eorum voluntati, & operi nefario. Quid plura? poſtpoſito Dei timore* Cadulum Parmenſem ſibi procaciter elegerunt, virum quidem non minus vitijs, quam opibus locupletem.] Cadaloũ

Decennis itaque & à pueritia didicit Henricus ſummos authorare, & exauthorare Pontifices.

66. *Apud ipſum Alexandrum confeſſionem poſtmodum fecit.* Locum hunc ex noſtro authore refert [a] Baronius, vt probet Agnetem facti, & Schiſmatis Cadaloici pœnitentem ſub finem anni 1062. in Vrbem veniſſe, peccatum ingens ingenti ſatisfactione redempturam. Geſta illa, ſeu acta Alexandri modo à me citata, narrant Principes Imperij poſtquam ſanctus Anno Archiepiſcopus Colonienſis Henricum puerum à cura matris ſubduxit in S. Suitberti inſulam, in concilio Osborienſi conſtituiſſe, & firmiter decreuiſſe, vt Imperatrix de cætero Imperij adminiſtrationem relinqueret, & tanquam Monialis in clauſtro obſeruari deberet, quoniam Henricus Rex ad perfectam ætatem iam deuenerat, & per ſeipſum regni negotia exercere optime poterat. Vnde factum eſt, quod eo in concilio eidem Annoni adminiſtratio Regni, & Regis cuſtodia commiſſa fuit, qui Guibertum Parmenſem, quem Imperatrix Cancellarium fecit, ſine mora depoſuit, & in loco eius Vercellenſem Epiſcopum ordinauit.] Ita quidem caſuum varietate mirum in modum exagitata Imperatrix, ſicut Regina Saba abijt Hieruſalem audire ſapientiam Salamonis, ita illa Romam perrexit addiſcere doctrinam Piſcatoris, & quidem pluſquam Salamon hic. In itinere ad Frutuarienſe monaſterium diœceſis Hiporedienſis aliquandiu manſit, deinde Romam abſque pompa, humili comitatu, paupere veſte, cordè contrito & humiliato peruenit. Ibi Pontificem veneratа, & ab eodem confortata, & in ſancto propoſito confirmata,

[a] Baron. an. 1062. *Imperatrix Agnes cur Romã venit, & qualis?*

firmata, Petrum conuenit Damiani, Episcopum Ostiensem, & sub arcana B. Petri confessione ante sacrum altare generali totius vitæ præmissa confessione, ab eo solum illud reportauit pœnitentiæ pondus: *Age quod agis, operare quod operaris, in cœptis operibus perseuera.* Hæc & alia multa præclarissima huius Agnetis opera recenset ipse Petrus in longa [b] epistola, lectu dignissima, quæ inter eius opera circumfertur, & apud Baronium citatum integre reperitur, tanquam egregium antiquitatis monumentum. Porro illa postquam quidquid in cultus sui ornatibus pulchrum, quidquid in facultatibus pretiosum, in pietatis opera profligauit, de virtute in virtutem quotidie procedens Romæ vbi bene cœperat, sancto fine, non dispari tanto principio, in Domino quieuit, ad S. Petrum an. 1077. sepulta.

b Lib. 7. ep. 129. quę est 5 ad sęcul. Principes.

Petri Ig. nei legatio in Germaniam.

67. *Missis ad eum Episcopis Albanensi, & Paduano.* In Synodo Romana anno 1079. celebrata iniunctam his duobus episcopis legationem istam refert Baronius. Albanensis erat B. Petrus Igneus, de quo [c] supra actum est, Paduanum vocat Vdalricum authore Bertholdo Constantiensi. Acta tamen Gregorij M. ss. sæpius citata, narrata causa legationis, sedandæ scilicet discordiæ, sopiendique belli inter Henricum & Rodulphum de regno contendentes, referunt Gregorium ad illas partes tranmisisse venerabiles viros. P. Albanensem, & O. Paduanum episcopos, & Aquilegiæ Patriarcham. Hos etiam socios Cardinali Albanensi tribuit [d] Ciacconus expressis eorum nominibus, Otthone scilicet Patauino, & Henrico Aquileiensi. Et quidem Baronius Henricum hunc Aquileiensem nuper electum, & confirmatum, in supradicta Synodo iuramentum fidelitatis publicè præstitisse, valde commendat, quod eo videlicet tempore, quo reliqui deficiebaut episcopi, ipse se iuramento arctius constrinxerit. Noster author videtur innuere prius electum fuisse Antipapam Guibertum, Clementem III. nuncupatum, quam hi missi fuerint legati: sed legationem præcessisse, & episcopos re infecta in vrbem prius redijsse, quam Henricus suique partiarij episcopi in eam proruperint insaniam, multis intermedijs narratis prędicta acta manifestè demonstrant. Guibertus electus est anno 1080. hi legati missi sunt anno præcedenti.

c Supra, num. 37.

d Ciacc. in Greg. 7. num. 3.

Henricus furit contra Mathildam

68. *Omnem furorem suum in Dominam Mathildam conuertit.* Ineunte anno M. LXXXI. iterato Gregorius in Synodo Lateranensi protulit anathema in Henricum, & Guibertum. Hinc magis concitatus Henricus magnum mouit in Italiam exercitum, cui sola restitit Mathilda, vt [e] supra notauimus, vade magno furore (inquit Domnizo.)

e Supra, num. 41.

Rex

Digitized by Google

Rex exardeſcens, contra quam concitat enſes,
Prælia, terrores, & caſtris obſidiones,
Ad nihilum pugnat, non hæc ſuperabitur vnquam.
Inſuperabilia loca ſunt ſibi plurima fixa,
Diligitur valde, villas defendit & arces.

69. *Dicto Regi Commonitorium dictauit.* Collectanea illa eſſe ſuſpicor, quæ ad finem libri ſecundi contra Guibertum ſubiungit Caniſius, in quibus vir ſanctus probat facultates eccleſiæ non manere ſub Regia ditione, ſiue poteſtate. *Anſelmi opera.*

70. *Vvibertum ſcriptis ſalutaribus commonuit.* Inter alia epiſtolam ad eum ſcripſit, libertate, & fortitudine Chriſtiana commendabilem, cuius fragmentum Abbas Vrſpergenſis exſcripſit, & ex illo Card.[f] Baronius. Epiſtolam fuiſſe publicam, ſiue encyclicam ad omnes eccleſias ſcriptam reputat Baronius, & ad finem à ſe tranſcripti fragmenti, dicit ſe dolere excidiſſe illud integrum egregium viri doctiſſimi monimentum, nec niſi recitatum ſuperius ſe potuiſſe reperire fragmentum. Attamen non niſi epiſtola peculiaris hæc erat ad ipſum Guibertum directa, vti ait Vrſpergenſis, ſiue libellus in eundem editus, quem ſub titulo libri primi contra Vvibertum tranſcripſit Henricus Caniſius ex Bibliotheca eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis, quem nos ad finem huius Commentarij dabimus, in eoque legere licebit totum hoc fragmentum ab Vrſpergenſi, & Baronio tranſcriptum. Quid autem de hoc monumento alijſque duobus ſequentibus ſentiamus, ad initium vniuſcuiuſque dicemus. *vrſperg. an. 1030.* [f] *Baron. an. eod.*

71. *Pecunia, pluſquam viribus aut ſapientia expugnat.* Acta Gregorij. [Poſt ſecundam, & tertiam obſidionem deuaſtatoſque agros paulatim cœpit popularem fauorem pecunia & terrore ſibi acquirere: Quoniam itaque Populum Romanum ad voluntatem ſuam indubitanter attraxerat, Guibertum in Sede Apoſtolica violenter intruſit.]

72. *Quod Creſcentij dicitur.* In caſtro S. Angeli, ſeu mole Adriana, quo Gregorius (narrant acta) iam de conſtantia populi prorſus diffidens, cum ſuis ſe recepit, eamque animosè defendit.

73. *Dux Apuliæ, & Calabriæ Robertus Romam feſtinauit.* Acta. [Pontifex ſicut vir cautus, & prouidus iam diu Robertum Guiſcardi egregium Romanorum Ducem, ſollicitare ſtuduerat, vt in manu valida contra illam violentiam ſibi potenter ſuccurreret, quem ad ipſius liberationem cum maximo exercitu celeriter venientem audiuit. Quod vbi Rex Henricus in veritate *Rob. Guiſcardi Gregorio ſuccurrit:*

cogno-

cognouit, & vehementer expauit, & illico ad Ecclesiam S. Petri rediens, domo Capitolina, & Leonina ciuitate destructa, valefaciens Romanis, cum eodem Guiberto non sine multo rubore aufugit. In sequenti vero die antequam Senam Rex peruenisset, memoratus Robertus Dux tanquam Leo fortissimus Romam violenter intrauit, quam non per triennium, sicut Rex Henricus, sed vna, & eadem nocte cepit, atque beatissimum Patrem, & Dominum suum Papam suffragantibus sibi Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli meritis, ab obsidione, qua tenebatur, potentissimè liberauit. Sic itaque ipsam venalem ciuitatem velociter expugnatam, sicut glorioſus triumphator per plurimos dies possedit.] His concinit s Domnizo.

Domn. citat.

Peruigil & Rector Gregorius ex grege fesso,
Pollutæ Cathedræ multum quoque condolet æque,
Sperans in Petrum rogitat pugnare Robertum
Normannum quendam, qui Regem depulit extra
Vrbem, qui veluti per stratam damula fugit
Francigenam, montes vltra rediens malus hospes.

Gregorius miraculis claruit.

74. *Miracula, quæ per eum operatus est Dominus.* Bibliothecarius in actis Gregorij. [Ad cuius itaque corpus in B. Matthæi Basilica honorificè tumulatum mirabilis Deus multa miracula operari dignatus est.] Ad contactum eius mitræ ad nostrum Anselmum transmissæ, & virtute ipsius anuli, quales factæ sint curationes mirabiles, noster author inferius enarrat. Obijt anno M. LXXXV. die xxiv. Maij & in numerum Sanctorum, ascripto eius nomine in Martyrologio Romano, relatus est.

75. *Per nostram direxit parvitatem.* Vbique occurrunt argumenta familiaritatis, & authoritatis huius nostri authoris apud Anselmum, quæ confirmant nostram opinionem, non ex communi genere famulorum siue domesticorum illum fuisse, sed ex gremio capituli (qualis erat Primiceriatus) constitutum. Vide quæ diximus num. 1.

Partis Henrici fudit Mathildæ.

76. *Facto itaque congressu &c.* Sermo est de conflictu Mathildæ cum Schismaticis sub fortalitio Sorbarę in ditione Mutinensi, quos noctu aggressa consternauit, & fugauit, prædis opimas. Bertoldus Constantiensis victoriam hanc reponit sub annum M. LXXXIV. paulo post Henrici recessum ab Vrbe, & discessum in Germaniam, & liberationem Gregorij ab arce S. Angeli. Eodem (inquit) tempore milites prudentissimæ Dominæ Mathildæ in Longobardia contra fautores Henrici, & inimicos S. Petri viriliter pugnauerunt, e quibus Episcopum Parmensem, &

sex

ſex capitaneos cum alijs fere bonis militibus centum ceperunt. Equos etiam pluſquam quingentos, & loricas plurimas, & omnia tentoria inimicorum pleniter potiti, victoriam habuerunt.]

77. *Poteſtatem ei, & vicem ſuam Dominus Papa commiſit.* Eodem ipſo anno, quo Henricus ab Italia receſſit, & Schiſmatici hebetati languebant, plurimique ab Imperatore deficientes, Gregorio adhærebant, datam hanc poteſtatem Anſelmo refert Baronius, vt pœnitentes benigne ſuſciperet ad Catholicam communionem, & indulgentias inſuper impertiret ijs, qui ſincero corde, zelo puritatis pugnarent aduerſus Schiſmaticos. Profecto hoc honore condignus erat, quem ſummi Regis Vicarius voluerat honorare. Iudicauerat iure merito Gregorius ita glorificare Anſelmum, qui tot annis ei fideliter ſeruierat, qui tot pro eo ſubiuit labores & pericula. Ab vna Lucenſi eiectus eccleſia ſuper omnes eccleſias Schiſmaticorum Lombardiæ conſtituitur cum plenitudine poteſtatis Apoſtolicus Legatus: & qui anno præterito Romam venire non poterat, [h] prohibitus & impeditus ab Henrico, ne ad Synodum accederet, hoc anno Catholicis epiſcopis, vniuerſiſque ad ſanctam Sedem properantibus ponit praua in directa, & aſpera in vias planas. *Anſelmus Pontificæ Vicarius.*

[h] Bertold. an. 1083.

78. *Apologeticum vnum diuerſis ex Sanctorum Patrum voluminibus compilauit.* Hic Apologeticus eſt pars ſecunda illius operis tripartiti, quod contra Clementem, ſeu Guibertum Antipapam ſcripſiſſe Anſelmum, ait Henricus Caniſius, & ipſe edidit tomo 6. atque inde translatum eſt ad finem tomi 11. Bibliothecæ vet. Patrum; vtrobique tamen initium diſcrepat ab illo, quod Poſſeuinus aſſignat. *Operâ Anſelmi.*

79. *In Lamentationes Ieremiæ &c.* Neque commentarium iſtum, neque alterum in potiſſimam Pſalterij partem, hactenus potuimus reperire. Circa vtrumque valde errat [i] Sixtus Senenſis, dum Anſelmo Lucenſi in omnes Dauidicos pſalmos tribuit librum vnum, & in Ieremiam Prophetam explanationis librum alterum. Loquens deinde de Anſelmo Mantuano Epiſcopo Pſalterium (inquit) à principio libri vſque ad verſiculum Pſalmi 117. *Benediximus vobis de domo Domini*, breuiter ac dilucide expoſuit, lamentationes etiam Ieremiæ conſimili ſtudio proſecutus.] At nullus fuit in ſerie epiſcoporum Mantuanorum Anſelmus nomine. Ex loco ſepulturæ, quam Mantuæ Anſelmus Lucenſis accepit, error proceſſit: & ex vno duo fiunt Anſelmi. Ille porro non niſi in Threnos Ieremiæ, & in Pſalmos centum viginti octo vſque ad verſiculum *Benediximus vobis in*

[i] Sixt. in Biblioth. lib. 4.

nomine Domini, ſicut legendæ refert author, non vero ad illum vſque verſiculum Pſalmi 117. quem citat Senenſis, commentarios adhibuit. De integris his commentarijs in Ieremiam, & Pſalterium errorem præmiſit Trithemius, licet hæc duo poſteriora opera ſuo tempore extitiſſe aſſerat: an vero nunc extent, ſe ignoraſſe fatentur Caniſius & Bellarminus. Commentariorum in Pſalmos aliquot fragmenta habet Paulus Bernredenſis in vita Gregorij VII.

Vide Elogia.

80. *Vt non iam videretur corpus, ſed quaſi ſpiritus totus*. Non diſſimiliter [1] S.Bonauentura dixit de B.Franciſco, quod videbatur totus quaſi quidam carbo ignitus, diuini amoris flamma ſuccenſus.] Et alibi: quod tanta erat carnis in eo ad ſpiritum concordia, tanta obedientiæ promptitudo, quod cum ille niteretur ad omnem ſanctitatem pertingere, ipſa non ſolum non repugnaret, ſed & præcurrere niteretur.] De S.Baſilio pariter S.[m] Ephrem teſtatus eſt, quod in carne gradiēs, ſpiritu incedebat.

1 Bonau. in Vit.S. Franc.c. 9. & 14.

Feruor Spiritus in Anſelmo.

m In laudat.S.Baſilij to.4.

81. *Venias de nocte, aut ſi priuatim potuit, in die fecit permultas*. Phraſis loquendi monaſtica; cum enim vario ritu pœnitentiali ab Abbate venia peteretur errorum, hinc apud monaſticos ſcriptores *venia* dictæ ſunt proſtrationes, genuflexiones, incuruationes. His exercitatus apud monachos Cluniacenſes Anſelmus, ſæpe in terra proſtratus à Domino veniam petebat. Vide de his Benedictū Hæftenum lib.8. diſquiſit.monaſt. diſq.2.

82. *Mater omnium virtutum diſcretio*. S. Franciſcus ſuos diſcipulos iugiter docebat diſcretionem ſequi, vt [n] *aurigam virtutum*, non eam, quam caro ſuadet, ſed quam edocuit Chriſtus, cuius ſacratiſſimam vitam expreſſum conſtat eſſe perfectionis exemplar.] Diſcretio omni virtuti ordinem ponit: non tam ipſa virtus eſt, quam quædam moderatrix virtutum, ordinatrix affectuum, & doctrix morum.

n Bon.cit. cap.5.

83. *Sicut ſancta præcipit authoritas*. Concilij ſcilicet Romani ſub Gelaſio Papa celebrati, & refertur c. *ſancta Romana* d.15. vbi etiam reliqua quę hic ſequuntur, ordinatim præcipiūtur.

84. *Sicut Beatiſ. Leo Papa conſtituit*. Legendum puto *Gelaſius Papa conſtituit*. In prædicto enim capitulo refertur, quod apocrypha ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana Eccleſia leguntur.] Verum eſt ſub Leone IX. Humbertum Cardinalem epiſcopum Syluæ Candidæ, Apoſtolicum Legatum ad Imperatorem Conſtantinum Monomachum deſtinatum, in reſponſione, quam Conſtantinopoli adhibuit impio libro Niceræ Pectorati, poſt reiectos tanquam apo-

apocryphos ex ſanctorum Patrum ſententia Clementis Librum, id eſt, Petri Apoſtoli Itinerarium, & Apoſtolorum canones, exceptis quinquaginta capitulis, ſubiunxiſſe: Vnde nos quoque omnem apocryphum abijcientes, dedignamur audire eorum fabuloſas traditiones, quia non ſunt ſicut lex Domini.] Habetur hæc epiſtola, ſeu reſponſio Humberti ad calcem tomi vndecimi Card. Baronij, & refertur *d. 16. c. Clementis*, vbi in ſubiectis notis cauſa redditur, cur ſub nomine Leonis, caput illud ex Humberto deſumptum, recitetur. Veruntamen verba illa huius capitis mentem noſtri non attingunt authoris. Ritus etiam eccleſiaſticos diligentiſſime obſeruaſſe conſtat ex teſtimonio coæui & familiaris authoris Micrologi de eccleſiaſticis obſeruationibus, qui de formandis in miſſa quinario numero crucibus ſuper, calicem, & corpus Dominicum loquens, ait: Sed reuerendæ memoriæ Gregorius Papa, fecit, vt prædiximus, quod B. Anſelmus Lucenſis Epiſcopus ita ab eo ſe didiciſſe teſtatus eſt, & hoc ita ſemper obſeruauit, nobiſque itidem obſeruandum ſrmiſſime inculcauit.] Concordant his, quæ author legendæ hoc ipſo loco de Anſelmo ait. Ante omnia vero id ſtudij ſemper habuit, quatenus Sanctiſs. Magiſtrum ſuum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeo vt diſcrepare ab illo prorſus nollet etiam in aliquo.] Et paulò antea. Ordinem, & concordiam tam in cantu, quam in lectionibus, prout Sancti Patres ſtatuere, conatus eſt obſeruare.]

Microl. cap. 17.

85. Nomine *Teutonem*. Cod. Ingolſtad. *Tentonem*. Mantuanus *Theozonem*.

56. *Teſtamentum non fecit, quia vnde faceret, non habuit.* Verba ſunt Poſſidij de B. Auguſtino. Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Chriſti non habuit.]

o Poſſid. in vita S. Aug. c. vlt.

87. *Vt in fide ac doctrina Beatiſs. Papæ Gregorij permaneamus.* In fide ſcilicet & doctrina, luculenter à Gregorio iam pridē tradita, cuius mors per nouem menſes Anſelmi tranſitū præceſſit.

88. *Affuit huic benedictioni &c.* Miraculum hoc deeſt in cod. Mantuano.

89. *Reuerendiſsimus Sutrienſis Epiſcopus, nomine Bonizo.* Baron. *Sabinenſis Epiſcopus Dominus Domnizo*. Nullum inuenio Domnizonem huius temporis epiſcopum Sabinenſem. Ex hoc loco vel corrupto textu Domnizonem hunc in ſuum catalogum Sabinenſium epiſcoporum corriuauit Vghellus, ingenuè fatlus alibi nullam illius extare mentionem. Regizo autem, quem ex chronicis Abbatiæ Farfenſis ſubnectit, valde diuerſus

Bonizo epiſc. Sutrin⁹ mor tuus.

Digitized by Google

eſt. Floruiſſe porro eo ipſo tempore Bonizonem Sutrinum epiſcopum, pietate & litteris clarum, e ſua eccleſia per ſchiſmaticos eiectum, ad Mathildam confugiſſe, teſtantur tabulæ Sutrinæ ſub hunc ipſum annum mortis Anſelmi. Poſt varias ærumnas, & moleſtum exilium præfectus eſt eccleſiæ Placentinæ, vbi à Schiſmaticis, & hæreticis captus, effoſſis oculis, membratim inciſus, glorioſum pertulit martyrium Anno M. LXXXIX. vti Baronius ſub illum annum enarrat.

90. *Aderat ſiquidem Magalonenſis &c.* Quæ ſequuntur vſque ad §.42. deſiderantur in cod. Mantuano. Quod autem tot viri illuſtres, Cardinales, epiſcopi, & heroes adfuerint exequijs Anſelmi, nihil id mirum, dum Mantuæ tunc hærebat Mathilda, in cuius aula magnates merebantur, eccleſiaſtici florebant, exules epiſcopi, & à Schiſmaticis malè habiti, patrocinium, & refugium inueniebant. Ita teſtatur his verſibus • Domnizo.

• Domn. lib.2.c.2

Catholicis prorſus fuit hæc tutus quaſi portus:
Nam quos damnabat Rex, pellebat, ſpoliabat
Pontifices, Monachos, Clericos Italos, quoque Gallos:
Ad viuum fontem currebant funditus omnes,
Scilicet ad dictam Dominam, tam mente benignam
Quæque requirebant apud ipſam reperiebant.
Defuit Ioand illi, quin profuit optima cunctis.
Non ab ea moeſtus, ſi quis vir venit honeſtus,
Vnquam prætiit, ſed conſolatus abiuit,
Veſtibus & ſacris multos hæc nota Ducatrix
Patres Catholicos veſtiſſe quidem reminiſcor.

91. *Damianus Cardinalis R. E. qui & Abbas Nonantulani cœnobij.* Nullus occurrit ſub Gregorio VII. aut Anſelmi mortis tempore *Damianus* Cardinalis. Petrum Damiani Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem ad annum 1072. ſub Alexandro II. deceſſiſſe diſertè probat Baronius. Alterum ſiue nomine ſiue cognomine *Damianum*, vel ab Alexandro, vel à Gregorio Cardinalem creatum non reperio. Duos ſub Alexandro lego Cardinales Aldemirum, & Petrum Capuanos, & vtrumque cognomine *Cameanum*, vtrumque monachum Caſſinatē, & alterius cœnobij Abbatem. Quid ſi amanuēſis pro *Camcanū* ſcripſerit *Damianum*?

Moritur Anſelmus.

92. *Obdormiuit in Domino Venerab. Dominus & pater noſter Anſelmus &c.* Annum, diem, locum mortis & ſepulturæ diſtinctè author notauit, cui per omnia eius cōcordat coætaneus ¶ Domnizo, virtutum inſuper & miraculorum iſtud adijciens teſtimonium.

¶ Domn. citat.

Men-

Digitized by Google

Menſis vt aduenit, qui primus in ordine cœpit,
Eius in octauo, decimoque die, dominator
In cœlis regnans Anſelmum vexit ad aſtra.
Huic ſimilis credo fuit hoc in tempore nemo:
Officium duplex monachorum, Pontificumque
Nocte die complens, corpus macerabat vt hoſtem.
Catholicus, coelebs, pius, & ſobrius fuit æque.
De cuius verè triſtantur morte fideles,
Schiſmatici gaudent; erat his contrarius autem:
Quem ſibi commiſſum per Gregorium Comitiſſa,
Vt decuit, digne ſepeliuit mœſta benignè.
Artus Anſelmi condiuit Mantua terris,
De quo, quod gliſcit, monſtraſti CHRISTE Mathildi
Nam virtute tua fecit miracula plura
Seruulus iſte tuus.

Magna Eccleſiæ iactura, & Comitiſſæ moeſtitia eo defecit tempore Anſelmus, quo firmius ſtabiliendæ erant res Catholicorum contra hæreticos, & Schiſmaticos, aliquot cladibus, & Henrici fuga in Germaniam non modicum labefactatos. Eccleſiæ inſuper vniuerſali valde concuſſæ & turbatæ per Guibertum Antipapam prouidendum erat de pio, & prudenti paſtore, qui impij, & ſuperbiſſimi hominis furori poſſet viriliter reſiſtere. Huic ſubeundo muneri apprime idoneum Anſelmum iudicauit Gregorius moribundus. Tertio enim ante obitum die rogatus (vt refert [r] Leo Oſtienſis) quid de Romanæ Sedis ordinatione poſt obitum fieri vellet, edifſereret, hortatus eſt, vt ex quatuor vnum eligerent Pontificem, Deſiderium Cardinalem, Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum, Ottonem Epiſcopum Oſtienſem, aut Anſelmum Lucenſem. Vehementer porro ſub ipſum illud tempus mortis Anſelmi colluctatum eſt cum Deſiderio, votis omnium per annum reluctanti, quem magis deſiderabilem ipſa illa non ficta, ſed vera humilitas, coniuncta cum prudentia ſumma, religione præcipua, & ſingulari Principum beneuolentia faciebat, vnde cedere oportuit, nomenque aſſumere Victoris. Sepultus autem fuit Anſelmus in eccleſia cathedrali S. Petri Mantuana loco honorifico, ex quo ſub Bonifacio Nono, & Antonio de Vbertis, Mantuano epiſcopo translatum fuiſſe per vrbis Principem Franciſcum Gonzagam poſt annos ter centum ad nobile Sacellum à ſe hoc fine conſtructum, aſſerit [f] Doneſmundus. Integer, incorruptus, barba fixa, & capillis capiti inhærentibus (vt dormientem potius, quam mortuum diceres, inquit Arnoldus [t] Vvion) iacet ſub altari maiori in arca pul-

Sūmo Pō. rificatui dignus iudicatur.

r Leo Oſtien. l. 3. cap. 64.

Translatum eius corpus integrum.

f Donef. l. 5. pag. 342.

t Vvion. in notis ad diē 18 Martij.

Digitized by Google

pulchrè dolata argentea, Sereniſs. Mariæ Duciſſæ, nunc regentis Dono. Mantuani tanquam ſuum colunt patronum, & officio eccleſiaſtico, cultuque proſequuntur ſolemni, 15. Kal. Aprilis.

93. *Noſſe etiã volumus &c.* deeſt hoc miraculũ in cod. Mãtuano.

94. *Ego I. peccator, presbyter, ſuus in pœnitentia &c.* Quid de hac expreſſione verborum, ſeu perſonæ deſcriptione ſenſerimus ſupra, videre licebit num. 1.

95. *Quæ ſequuntur à Reuerentioribus conſcripta ſunt.* Cod. Ingolſtad. *à Recentioribus*: legendum puto, *Reuerentioribus*, & hinc incipere collectionem miraculorum à Mathilda iniunctam ſuis Capellanis, inter quos viri erant vtique Reuerendi, tantæ Principis ſacris miniſterijs deputati. Hos itaque decora humilitate ſe *reuerentiores* vocat author, inter quos erat ipſe Epiſcopus Mantuanus, qui partem etiam collegit ſuam. Omnia porro inſignia miracula octoginta, quæ hic referuntur, ab Anſelmo vſque ad diem ab eius obitu quinquageſimum patrata fuiſſe refert [u] Baronius, vti ex ipſa habetur hiſtoria. Vnde ergo illa comparatio vetuſtioris & *Recentiorum* ſi intra quinquaginta dierum ſpatium & ille vitam ſcripſit adiectis quibuſdam miraculis, quæ ipſe aſpexit, & reliqua varijs locis edita à pluribus obſeruata in vnum ſunt collecta? Iuſsiſſe autem Mathildam, vt obſeruarentur, teſtis eſt ex ipſo coetu Comitiſſæ [x] Domnizo, loquens de illius gaudio in glorioſa morte Anſelmi.

[u] Baron. an. 1086.

[x] Domn. citat.

Inde triumphando gaudet Comitiſſa precando.
Huius enim Patris precibus putat auxiliari.
Cumque daret tumbæ ſancti miracula multa
Proderet vt multis poſt nos per ſæcla futuris
Iuſtitiæ cultrix, ea partim pingere iuſsit.
Quæ ſimul & vitam Capellani ſibi dictant.

96. *Vobis ſcribemus.* Huc vſque epiſtola prima Vbaldi Mantuani epiſcopi; & hic terminatur codex Mantuanus:

97. *Miraculorum quædam &c.* Altera eſt hæc epiſtola, vel epiſtolæ pars Vbaldi ad Mathildam, vti indicat commemoratio Brixienſium, quorum in prima meminerat. Et ex ſequentibus, præſertim ex §. 65. colligitur, multa ex ijs fuiſſe ad ipſum ſcripta, eaque coaceruata, ad Mathildam tranſmiſſa.

98. *Petri hæretici.* De Petro hoc inuaſore eccleſiæ Lucenſis, vide quę habet author §. 9. ac ſeqq. & nos diximus n. 39. Ex hoc loco cõſtat Anſelmũ vſq; ad mortem ab eccleſia ſua exulem fuiſſe, eamq; ſacrilegè ſemper occupaſſe Petrum iſtũ intruſum: Quanto autem tempore poſt Anſelmi obitum in ea perſtiterit, eſt incompertum.

Finis Commentariorum.

EPIS-

zed by Google

EPISTOLA S. ANSELMI AD VVIBERTVM Antipapam.

EPISTOLAM hanc ſub titulo Libri primi contra Vvibertum & ſequaces eius, *edidit Henricus Caniſius tom.6. antiquæ Lectionis, ſed non niſi epiſtolam nuncupandam manifeſte docet Abbas* [a] *Vrſpergenſis illis verbis*: Scriſit poſthac Anſelmus Lucenſis epiſcopus epiſtolam ad eundem Vvigbertum, in qua illum præuaricatorem ac ſuperbum cognominat, inter alia ſubiungens: vt ergo de beato Gregorio patre noſtro dicam quod de Cornelio ſcripſit B.Cyprianus &c. *vbi mediocre fragmentum tranſcribit, quod in hac habetur epiſtola,* [b] *ſicuti ſuperius adnotaui in vitæ commentarijs.* [c] *Aliam præmiſiſſe Anſelmum epiſtolam ad Guibertum ipſe indicat ſub initium iſtius epiſtolæ, dicens.* [d] Scripſi tibi pauca cum multo dolore, & ſinceræ charitatis affectu, vt cognoſcens errorem tuum redires ad cor &c. ſed quia verba tua iniquitas & dolus &c. *Ex quibus verbis perperam infert Caniſius de altera illa priori epiſtolæ intelligendum eſſe Vrſpergenſem, cum totum illud fragmentum ab Vrſpergenſe relatum, non niſi in hac reperiatur epiſtola. Adde quod epiſtolæ formam & methodum præferunt principium, contextus, & finis ipſius opuſculi. Loca ſanctorum Patrum, & quæ aliunde confuſe indicabantur, nos in hac epiſtola biniſque ſequentibus opuſculis diſtinctè citauimus, numeroſque marginales adiecimus, vt facilius, quæ ex illis referuntur, poſſint inueniri.*

a Vrſperg. in chron. an.1080.

b Num. 4.

c Num.70

d Num. 2.

PRO-

Digitized by Google

1 PROPRIVM *eſt bonarum mentium ibi metuere culpam, vbi non eſt*; reproborum verò, ſe præferendo, alios de fatuis ſenſibus, alios de indignis meritis reprehendere. Redargui deſpiciunt, dum ſe redarguentibus ſapientiores ſuſpicantur: ea quæ intelligunt, alijs libenter dicunt, vt plus illis tam ſublimia & tam vtilia, & alijs ignota videantur ſcire. Cum habent intelligentiam, non ſeipſos, ſed ſemper alia, vt plus videantur ſcire, ſcrutantur, nec ſcrutantur ſua facta, ſed aliena inueſtigant. Sed iuſto omnipotentis Dei iudicio agitur, vt quia non habuerunt timorem Dei, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum, & in lege eius noluerunt ambulare, diuitias, quas deuorauerunt, euomant, & de ventre eorum extrahat eas Dominus. Et ſicut dicit Apoſtolus, quia non probauerunt Deum habere in notitia, *tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, & aufert ſe á cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, *ſuper quem*, inquit, *requieſcam, niſi ſuper humilem & manſuetum, & trementem verba mea*? Et alibi: *cum ſimplicibus ſermocinatio mea*. Quo recedente veternoſus ſerpens tantum virus inſipienti obſcuratoque cordi infundit, & ita totum veneno mortifero deceptionis mancipatum ſcire ſeruum, inebriat, vt amarum dulce, & dulce amarum ſapiat, vt tenebras lucem, & lucem tenebras credat, bonum denique malum, & malum bonum aſſerat: ſicque fit, vt ex duobus conuenientibus immundis ſpiritibus, plenitudo ſuperbiæ firmata, dæmoniacis humaniſque contagijs, deſertam, vacantemque domum, omnium vitiorum comitatu ſtipata, circa finem mundi occupet, occupatam poſſideat, poſſeſſam proſtituat, vt minor iam videatur in capite & quaſi per incrementa temporum in ætate perfecta profeciſſe. Diabolus enim dixit: *ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo*: De patre vero vel ſocio ſuo dicit Apoſtolus: *Qui extollitur ſupra omne quod dicitur, aut quod colitur Deus*.

Greg. in regiſt. l. 12. indict. 7. epiſt. 31. ad interrog. 10.

Rom. 1.

Iſaiæ 66.

Prou. 5.

Iſaiæ 14.

1. Theſs. 2.

2. Audi itaque ſceleratiſsime omnium, qui ſic mihi iam nominandus es, eo quod latrare non timiuiſti contra Dominum & Magiſtrum tuum: cognoſce quæ propria ſunt. Scripſi tibi pauca cum multo dolore & ſynceræ charitatis affectu, vt cognoſcens errorem tuum redires ad cor, & pœnitentiam ageres delictorum tuorum. Sed quia verba tua iniquitas & dolus, & noluiſti intelligere, vt bene ageres; audi interea, quæ Dominus contra

Digitized by Google

tra te per Prophetam clamat. *Hæc dicit Dominus Deus. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terram: Et contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia, quam gentes, & præcepta mea vltra quam terræ, quæ in circuitu eius ſunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te, quæ non feci, & quibus ſimilia vltra non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideò patres tui comedent ſuos filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos.* Hæc itaque cum videas tuis temporibus impleta, & veritas dicat: *faciam quæ nunquam in te feci, & quibus ſimilia vltra non faciam*; quandoquidem abominatio noua & inaudita tui temporis te & Dominum tuum. H. & per vos complices veſtros nouæ addicat maledictioni; tibi etiam neceſſe eſt, ſi vis ſaluus eſſe, inauditum iudicium aſcribas: *Iſta eſt Mater Hieruſalem*, & reliqua; Adultera ſiquidem, quæ nunc eſt in parte tua, olim videbatur Hieruſalem, ſancta videlicet Eccleſia, filia Regis Dauid. Sed, proh dolor, corrupta eſt à fratre ſuo, & conſtuprata vſque ad verticem. Omnis decor eius receſſit ab ea, facta eſt quaſi vidua domina gentium, quia Rex Babylonis poſſidet eam. Cum enim Dominus dicat B. Petro, *Tibi dabo claues regni Cælorum, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & paſce oues meas*, & alibi, *vna eſt columba mea*, quæcunque alterius iuris vſurpatione corumpitur, non iam ſponſa Chriſti, ſed adultera, non libera, ſed ancilla conuincitur, ſicut dicit B. Ambroſius: *Conuenior à Comitibus, & Tribunis, vt per me Baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure ſuo iuſſiſſe, vt quæ in poteſtate eius eſſent, omnia tradi debere: reſpondi. Si à me peteret quod meum eſt, ideſt, fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia, quæ mea ſunt, patrimonium ſint, verum ea, quæ diuina ſunt, Imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta*: Et paulo poſt: *Nec mihi fas eſt tradere, nec tibi Imperator accipere expedit. Domus priuati nullo poteſt iure temerari, domum Dei exiſtimas auferendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo: noli grauare te Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus: ſcriptum eſt enim: Quæ Cæſaris Cæſari, quæ Dei Deo. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi moenium ius eſt commiſſum, non ſacrorum. Iterum dicitur, mihi mandaſſe imperatorem. Debeo & ego*

Ezechiel. 5.

Matth. 16. Ioan. 21. Cant. 6.

Ambroſius lib. 2 epiſt. 13. hab. 22. qu. 8. c. Conuenior.

vnam Baſilicam habere. Reſpondeo: Non licet tibi vllam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera enim eſt, quæ non eſt legitimo Chriſti coniugio copulata. Veteri iure à Sacerdotibus donata imperia, non vſurpata.

3. Conſtat itaque quia Eccleſia hæc non eſt vera Eccleſia, ſed adultera: cum ſicut B. Cyprianus dicit; *Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Nec perueniet ad Chriſti præmia, qui reliquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, habere non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.*

Cyprianus l. de vnit. eccl. cap. 4.

Vnde & B. Gelaſius inter cætera dicit: *Ad Sacerdotes Deus voluit, quæ Eccleſiæ ſunt, diſponenda pertinere, non ad ſæculi poteſtates, quæ ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ & Sacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vendicet Imperator alterius ius, & miniſterium quod alij deputatum eſt.* Et paulo poſt: *Obſequi ſolere Principes Chriſtianos Eccleſiæ decretis, non ſuam præponere poteſtatem.*

Gelaſius ep. ad Anaſt. Imperat.

4. Noli itaque dicere, *quia vniuerſalis Eccleſiæ curam ſuſcepimus.* Quomodo enim tibi commiſſa eſt Eccleſia; quem conſtat non intraſſe per oſtium, quod Chriſtus eſt, ſed aliunde aſcendiſſe vt furem? Apoſtolica enim & vniuerſalis Eccleſia ſuum habet paſtorem. Vt enim de B. Gregorio patre noſtro dicam, quæ de Cornelio ſcripſit Cyprianus, *factus eſt Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de clericorum pæne omnium, & vt verum dicam, omnino omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc adfuit ſuffragio, de Sacerdotum antiquorum, & virorum bonorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Alexandri locus, & cum locus Petri, vel gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret. Quo occupato & de Dei voluntate atque omnium noſtrum conſenſu ordinato, quiſquis iam iam Epiſcopus fieri voluerit, foras fiat neceſſe eſt, nec habeat Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, licet de ſe multum tacitans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt, & cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt, non ſecundus ille, ſed nullus eſt.*

Cyprianus lib. 4. ep. 1. ad Maximũ &c. c. 3.

5. Hæc ſunt iudicia Dei, quæ proieciſtis, & præcepta, in quibus ambulare noluiſtis, omnium gentium iniquitatem ſupergreſſi, cum in infernum viuentes deſcendiſtis. Omnes itaque gentes in comparatione veſtri ſceleris iuſtificatas credimus, quia poſt donum acceptum ſancti Spiritus, virtuteſque ſuperuenturi ſæculi, non ſolum ſicut Deum glorificare noluiſtis, ſed contra præcepta eius leges iniquas ſtatuentes, omnem vobis aditum veniæ

inter-

intercluſiſtis, niſi ad vnitatem Matris Eccleſiæ, vnde præſciſi eſtis, redeatis, quæ ſola ius ligandi & ſoluendi poſſidet. Dominus namque dicit: *gratis accepiſtis, gratis date.* *Qui non intrat per oſtium, non eſt paſtor ouium.* *Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælo.* Matth. 10. Ioan. 10. Matth. 16.

Rex autem tuus ſine intermiſſione vendit Epiſcopatus ſuos, edicta proponens, vt nullus habeatur Epiſcopus, qui à Clero electus, vel à populo fuerit expetitus, niſi præcellerit honor regius, quaſi ipſe ſit huius oſtij oſtiarius, de quo veritas dicit: *Huic oſtiarius aperit.* Ioan. 10.

6. Tu verò aliunde aſcendiſti, & non vocatus à Deo acceſſiſti, noli vſurpare tibi tanti curam regiminis. Sicut enim iam dictum eſt, ſi Gregorius in Eccleſia fuit, qui apud te etiam conſtitit, & iudex a nullo condemnari potuit, manifeſtum eſt te ab Eccleſiæ radice præſciſum aruiſſe, nihilque habere poteſtatis ac iuris. Sicut enim B. Cyprianus dicit ſcribens Magno Presbytero: *Eccleſia vna eſt, quæ intus & foris eſſe non poteſt: ſi enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano Epiſcopo legitima ordinatione ſucceſſit, Nouatianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt:* Et paulo poſt: *Inuenimus in tali facinore non ſolum duces & authores, ſed & participes pœnis æſtimari, niſi ſe à communione malorum ſeparauerint, præcipiente per Moyſen Domino: Separamini à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab omnibus, quæ ſunt eorum, ne ſimul pereatis in peccato eorum. Et quæ comminatus Dominus per Moyſen fuerat, implenis; vt quiſque ſe à Chore & Dathan & Abiron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret. Quo exemplo oſtenditur & probatur obnoxios omni culpæ & pœnæ futuros, qui ſe Schiſmaticis contra Præpoſitos & Sacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint, ſicut etiam per Oſeam prophetam Spiritus ſanctus conteſtatur & dicit: ſacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes, qui manducant ea, contaminantur: docens ſcilicet & oſtendens omnes omninò cum authoribus, ſupplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati.* Cypria-nus lib. 1 ep. 6. c. 1. Ibid. c. 3. Num. 16 Oſeæ 9.

7. His & aliis innumeris ſalutaribus præceptis admoniti deteſtamur non Sacramenta Eccleſiæ, ſicut tu mentiris, ſed Schiſmaticos & ſacrilegos, quorum paricidalibus manibus, ſe-ſe ſacramenta diuina ſubtraxerunt, & cum Catholica Matre noſtra Eccleſia perſequar inimicos eius, nec conuertar donec deficiant. Sanctum quippe ſuum quod foris habetis, quod malo vento acceptus, quia bono odore periſtis, veneratur Eccleſia,

Digitized by Google

ſed vos perſequitur, vt Sara ancillam, quæ tamen de ſemine Abrahæ concepit & peperit. Intellige itaque quomodo perſequatur adhuc ancillam Domina, vt docearis, quæ ſit perſecutio beata, & ſcias quomodo nec pro iuſtitia Chriſtianis iurgandum ſit, cum competenter exponi tibi permiſeris, vt addatur aduerſus Catholicos, & non redarguas Chriſtum, qui dicit: *compellite intrare*, & alia multa quæ in conſequentibus poſita audies.

Luc. 14.

8. Dicit B. Auguſtinus aduerſus Donatiſtas. *Si Eccleſia ipſa eſt, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit, quærant ab Apoſtolo quam Eccleſiam ſignificabat Sara, quando perſecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe Matrem noſtram cæleſtem Ieruſalem; idem veram Dei Eccleſiam in illa muliere dicit fuiſſe præfiguratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius diſcutiamus, magis illa perſequebatur Saram ſuperbiendo, quam illam Sara coercendo. Illa enim Dominæ faciebat iniuriam, iſta imponebat ſuperbiæ diſciplinam. Deinde quæro ſi boni & ſancti viri nemini faciunt perſecutionem, ſed tantummodò patiuntur, cuius putant in Pſalmo vocem, vbi legitur: perſequar inimicos meos &c. Si ergò verum dicere vel agnoſcere volumus, eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt impij Eccleſiæ Chriſti. Iſta namque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iniuſtitiam.* Item. *Quod autem dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiiſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Impe ator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret, quando adhuc Propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes, & reliqua? Nondum autem agebatur, quod paulo poſt in eodem Pſalmo ſubditur: Seruite Domino in timore: Quando enim reges ſeruiunt Domino in timore, niſi ea, quæ contra iuſſa Dei fiunt, religioſa ſeuerítate prohibendo atque plectendo?* Idem alibi: *Vbi eſt quod iſti clamare conſueuerunt? Cui vim Chriſtus intulit? Quem coegit? Ecce habent Paulum Apoſtolum. Agnoſcant in eo prius cogentem Chriſtum & poſtea docentem, prius ferientem, & poſtea conſolantem.* Item: *Non mihi placet, vt omnes habeant occidendi licentiam, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro alijs, vel pro ciuitate, vbi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ. Qui verò repelluntur aliquo terrore, ne mala faciant, etiam ipſis fortaſſe aliquid præſtatur. Hinc autem dictum eſt, non reſiſtamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit, non vt & correctionem*

Auguſt. Galat. 4.

Pſal. 17.

Ibid.

Actor. 9.

Matth. 5

nem hominum negligamus. Vnde nec reus mortis alienæ, qui cum ſuæ poſſeſſioni muros circumduxerit, aliquis ex ipſorum caſu percuſſus intereat. Neque enim reus eſt Chriſtianus, ſi bos eius aliquem feriendo vel equus calcitrando aliquem occidat, aut ideò non debent Chriſtiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis? At verò quomodo Apoſtolus Paulus ſategit, vt in Tribuni notiam perferretur, inſidias ſibi à quibuſdam perditis parari, & ob hoc deductores accepit armatos? Si in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret? abſit vt ea, quæ propter bonum & licitum facimus aut habemus, ſi quid per hoc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Item. *Si Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus conſilium ſalutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abiicerent arma, ſeque militiæ omninò ſubtraherent? Dictum eſt autem eis: Neminem concuſſeritis, neque calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum: quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit.* Item ad Bonifacium: *Graui de pugna conquereris? dubites nolo, vtile conſilium tibi tuiſque dabo: arripe manibus arma, oratio aures pulſet authoris, quia quando pugnatur, Deus apertis cælis ſpectat, & partem, quam aſpicit iuſtam, defendit, & illi dat palmam.* Item: *Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui armis bellicis miniſtrat. In his erat ſanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium, in his etiam plurimi illius temporis viri. In his erat Centurio ille, qui Domino dixit: Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Hoc ergo primum cogita, quandò armaris ad pugnam, quia virtus etiam tua corporalis donum Dei eſt. Sic enim cogitabis de Dei dono non facere contra Dominum: Eſto ergo bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.*

Act. 23.

Luc. 3.

Matth. 8

Idem Auguſtinus Donato Presbytero: *Diſplicet tibi quod traheris ad ſalutem, cum tam multos noſtrum ad perniciem traxeris. Quid enim volumus niſi te comprehendi, & præſentari, & ſeruari ne pereas?*

9. Pelagius Papa. *Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia perſecutionem Eccleſia faciat, dum vel ea, quæ committuntur, reprimit, vel animarum ſalutem requirit. Errant huiuſmodi rumoris fabulatores, non perſequitur niſi qui ad malum cogit. Qui verò malum vel iam factum punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nam ſi vt illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus ad bonum eſt, humanas ac diuinas*

Pelagius I. epiſt. 3 ad Narſetem.

leges

leges neceſse eſt euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia, iuſtitia ſuadente, conſtituunt. Malum autem Schiſma eſſe, & per exteras etiam poteſtates huiuſmodi opprimi debere, & Canonicæ ſcripturæ authoritas, & paternarum nos regularum veritas docet. Item alibi: *Nec putetis alicuius eſse peccati ſi huiuſmodi homines comprimuntur. Hoc enim & diuinæ gratiæ & mundanæ leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, à ſæcularibus etiam poteſtatibus comprimantur, nec quidquam maius eſt, vnde Deo ſacrificium poſſitis offerre, quam ſi id ordinetis, vt hi qui in ſuam aliorumq; perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compeſci.*

Ibid. ep. 2. ad eũdem.

Hieronymus. Hieronymus ſuper Ezechielem libro 5. *Qui malos percutit in eo quod mali ſunt, & habet vaſa interfectionis, miniſter eſt Domini.*

Auguſt. Deuteron. 19. 1. Reg. 15. 10. Auguſtinus ſuper Pſalmum 118. *Eſt iniuſta miſericordia, de qua in lege ſcriptum eſt, non miſereberis eius, & in libro Regum legis, quia Saul propterea contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium Regem, quem prohibebat ſententia diuina ſeruari. Vt ſi quis latronis filijs deprecantibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus abſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem.*

De deprædatione autem eorum, qui ab Eccleſia præſciſi ſunt, reſpondeant Patres noſtri. Auguſtinus, *Quidquid*, inquit, *à parte Donati poſſidebatur, Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis Eccleſijs ad Catholicam transferre inſerunt. Si autem conſideremus quod ſcriptum eſt in libro Sapientiæ; ideò iuſti tulerunt ſpolia impiorum:* Item quod legitur in Prouerbijs: theſaurizant autem iuſtis diuitiæ impiorum: tunc videbimus non eſſe quærendum, qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum.

Auguſtinus. Sap. 10. Prou. 13

Gregorius. Lib. 12. epiſt. 21. Item B. Gregorius Veloci Magiſtro militum, inter cætera. *Nunc vtile viſum eſt, vt aliquanti illic milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari vt parati ſint ſtudeat, & occaſione inuenta cũ glorioſiſſimis filijs noſtris Mauricio & Vitaliano loquere, & quæcunq; vobis Deo adiutore pro vtilitate reipubl. ſtatuerint, facite, & ſi hic vel ad Rauennates partes nec dicendum Ariulfum cognoueritis excurrere, vos à dorſo eius, ſicut viros fortes condecet, laborate.* Item Mauritio & Vitaliano inter cætera: *Glorioſi filij eſtote ſolliciti, quia quantum comperi, hoſtem collectum habet, & in marinis dicitur reſidere, vt ſi huc curſum Deo ſibi irato mittere voluerit, vos locum ipſius quantum Dominus adiuuerit, deprædate.* Quibus diligenter perſpectis, ſcies nos veritatem docere, non pſeudo

Ibid. epiſt. 23.

doprædicationibus dedocere, & te pro ſuperbia in reprobum traditum ſenſum, ſancto Patri noſtro crimen impoſuiſſe, & dicta ſanctorum Patrum, quæ in epiſtola tua poſuiſti, non intellexiſſe.

11. Hæc & his ſimilia prædicamus, & cum multo dolore cordis ab his neceſſitatibus noſtris eripi laboramus, & ad Dominum Deum noſtrum de iſta tribulatione clamamus, vt vos humiliter ſub manu ſua, dieſque noſtros in ſua pace diſponat. Cum multo ſiquidem dolore ſecat pius medicus, ni ſecaret, moriturum: cum multis lachrymis ligat pater filium freneticum. Dans denique gloriam nomini Domini lætatur iuſtus cum videt vindictam, ſed tamen animum eius ſemper cruciat pereuntium mulcta.

Verum quidem eſt, quia nec pro iuſtitia ferrea arma corripi conceſſum eſt, ſed propter ſe, quantum ad iuſtitiæ perfectionem, quantum ſpectat ad domus Dei decorem. Nec hoc quidem laudat Apoſtolus, quod contentiones ſint inter ſanctos, ſed tamen dixit: *Contemptibiles qui ſunt inter vos, conſtituite ad iudicandum*. Et cum omnes vellet eſſe ſicut ſeipſum, concedit tamen, vt propter incontinentiam vnuſquiſque habeat ſuam vxorem, & vt vir vxori, & vxor viro debitum reddat. 1.Cor.6.

Cum veritas ipſa in Euangelio præmiſiſſet, *Nolite iurare omninò, & ſit ſermo veſter, eſt, non*. Subdit tamen dicens: *Quod amplius eſt, a malo eſt*, non enim dixit, malum eſt, *ſed à malo*; ac ſi dixerit, ſi iurare neceſſe fuerit, & malo incredulitatis aliorum compulſi, iurate, non ſine cauſa, non propria voluntate. Hinc eſt quod Moyſes pro temperamento vindictæ, *oculum*, inquit, *pro oculo, dentem pro dente*, vt clementiore hac via eriperet occidendi facultatem. Matth. 5 Exod. 21

12. Vtinam non eſſet colluctatio Catholicis aduerſus carnem & ſanguinem, vt quieti viuerent, & tantæ perfectionis eſſent, vt omnes palmam Martyrij deſiderarent, & non eſſent quos vindicare miniſter Dei vindex in iram ei, qui male ageret, haberet, qui non ſine cauſa g adium portat. Nos verò in nullius ſanguine nos miſcuimus, nec protegente Deo miſcebimus, nec de perditione morientium exultamus. Vindicare propriam iniuriam omnes prohibemus, vt illum ſpectent iudicem, qui pollicetur dicens, *Mihi vindictam, ego retribuam*. Defendere pupillam & viduam, armis etiam carnalibus, tueri ſanctam Eccleſiam, non eos, qui in cauſa ſunt, ſed niſi pro communi Republica, ſub quorum regimine ſunt vniuerſalis Eccleſiæ, cupimus. Pe- Rom. 12

cuniam

cuniam eorum & terram non concupiſcimus, ſed vt theſaurizent impiorum diuitiæ iuſtis, & ſpolia impiorum tollant iuſti, ea tamen intentione vt eos lucrari poſſint, & non ſolum quæ illorum ſunt, ſed omnia etiam ſua in charitate diſtribuant, ſummopere ſatagimus & deſideramus.

13. Non itaque aduerſum nos clamat ſanguis Saxonum, ſed contra vos cum vniuerſo mundo, qui ſceleris veſtri tabe inhorruit. Clamat cælum, clamat terra, clamat omnis Eccleſia iuſtorum, & quæ adhuc peregrinatur, & quæ iam cum Chriſto regnat. Clamat Chriſtus, clamat Pater pro Sponſa Filij ſui, clamat Spiritus ſanctus, qui quotidie poſtulat pro ea gemitibus inenarrabilibus. Vos ſiquidem Eccleſiam laniatis & ſcinditis, qui partem veſtram ab eius vnitate præſcidiſtis, eamque crudelius gladio ſchiſmatis, quam idololatriæ ſcelere in fruſta concidiſtis, vt non iam cum granis palea, ſed præſciſſa á vite in ignem proijciantur ſarmenta. Vos enim Eccleſiæ Catholicæ, quam inuaſiſtis per totum Regnum, quod quia intus cecidit, foris diu ſtare non poterit, membra diſtrahitis, & in ſeruitutem redacta quaſi vile mancipium in veſtrum dominium redigitis, & diuini iuris libertatem veſtro obſequio mancipatis, dicentes: omnia Imperatoris iuri eſſe ſubiecta, Epiſcopatus, Abbatias, omnes omninò Dei Eccleſias, cum Dominus dicat: *Eccleſiam meam, columbam meam, oues meas*. Paulus dicit: *Nemo aſſumit ſibi honorem, niſi qui vocatus eſt à Deo tanquam Aaron*. In parte tua quis præficitur, niſi quem aut gratia exhauſto fœnore, vel munus à manu, vel munus à lingua, vel munus ab obſequio attraxerit? Quis moribus, quis honeſtate, quis vitæ integritate eligitur? Perſequendi ſunt itaque lupi, vitandi ſunt vniuerſi qui ad hoc, vt hæretici fiant, promouentur, qui lepram Giezi cum diuitijs ſuis poſſident, & mala quæſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quam thelaurum criminum congregarunt.

Matth. 16. Cant. 2. Ioan. 21. Heb. 5.

14. Quia itaque nec gratis datis, nec gratis accepiſtis, & à mandatis Domini declinantes maledicti eſtis, & quia non obeditis Apoſtolicis præceptis, formidamus commiſceri vobis. Dicit namque B. Ambroſius. *Si qua eſt Eccleſia, quæ Apoſtolicæ veritatis fundamenta non poſſidet, ne quam tibi labem poſſit ingerere, deſerenda eſt. His enim legibus adulta, talibus eſt documentis exculta, huiuſmodi inſtitutionibus eſt propagata. Qui his aduerſatur, qui iſta diſſimulat, qui hanc veritatis lucernam ſub modio abſcondit, non paſtor Eccleſiæ, ſed inimicus exiſtit, & de eius manibus perem-*

Ambroſius.

tium

Digitized by Google

tium ſanguinem Dominus requirit. Si ergò Chriſtum & cauſam perditionis eorum, ad quos miſſus eſt, & vocem eius non audierunt, dicere non præſumis, nec Paulo audes aſcribere ſtultitiam gentium, & ſcandalum Iudæorum, à noſtra quoque detractione linguam compeſce, qui compellimur dicere veritatem, ſicut per Prophetam Dominus comminatur: Sacerdos ingrediens & regrediens niſi ſonitum dederit, morietur: Item: *maledictus qui probibet gladium ſuum à ſanguine.*

Exod. 28 Ierem. 48.

11. Innocentius Papa: *Error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cum minime defenditur, opprimitur.* Item eiuſdem: *negligere quippe cum poſſis deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare,*

Innocentius hab. d. 83. c. error.

Pius Papa: *Quid prodeſt illum errore ſuo non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? ſine dubio contra mandata dimicat, qui conſenſum præſtat erranti.*

Pius Papa ep. 1. ad Chriſtifideles.

Clemens: *Certiſsimum eſt, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque Regni ſublimitas, homini debet eſſe pretioſior veritate.*

Fabianus: *Qui omnipotentem metuit Deum, nec contra Euangelium, nec contra Apoſtolos, vel contra Prophetas, aut ſanctorum Patrum inſtituta agere aliquid vllo modo conſentit.*

Fabianus Papa ep. 2. omnibus epiſcop. hab. ij. q 3. c. 95

Leo: *Qui alios ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat.*

Auguſtinus: *Quiſquis metu alicuius poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quam Deum.*

Aug. ep. ad Caſſulanum. hab. 11. quæſt. 3. cap. 80.

Gregorius: *Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda vt corrigi debeant, non occurrit.* Non igitur quod propter bonum & licitum facimus, ſicut ſuperius dictum eſt, nobis, ſi quid mali inde acciderit, imputabitur.

Gregor. lib. 7. ep. 117. in M. SS.

Quod autem dicis, *qui vniuerſalis Eccleſiæ curam ſuſcipimus, licet inuiti*, numquid vita comite ad tam immane facinus pertrahi debuiſti, vt temerares thorum matris tuæ, & patris tui? Et ſi violentiam ſuſtinuiſti, cur ſaltem iam adulter non reſipiſcis?

16. Quod autem obſecras per Ieſum, ne nobiliſsimam fœminarum amplius circumueniam, deludam, & fallam; Deum teſtem inuoco, nihil terrenum, nihilque carnale in ea, vel ab ea ex intentione concupiſco, & ſine intermiſsione oro vt ab hoc ſæculo nequam citò eripi merear, nimio affectus tædio, quia incolatum meum prolongari video, ſeruiens die ac nocte in cuſtodiendo illam Deo meo, & ſanctæ Matri meæ Eccleſiæ, cuius præcepto mihi commiſſa eſt, & ſpero quod multa mihi retribu-

Digitized by Google

tio per gratiam Dei in eius cuſtodia excreſcat, quæ non in vanum ſua diſpergit, ſed indeficientem in cælo theſaurizat ſibi theſaurum, quem tinea non demolitur, vbi fures non effodiunt, nec furantur, parata pro defenſione iuſtitiæ non ſolum terrena omnia diſtribuere, ſed vſque ad ſanguinem pro veſtra confuſione, & reuerentia ad ſanctæ Eccleſiæ gloriam, & exaltationem certare, donec tradat Dominus inimicum ſuum in manu fœminæ.

17. Tu verò memento vnde excideris, & age pœnitentiam, ſi forte remittat tibi Dominus, vt nos reddita pace Eccleſiæ voti noſtri mereamur fieri compotes. Depone Cidarim, aufer coronam, & induere lugubribus veſtibus, tanto humilior & abiectior omnibus effectus, quantò præ omnibus differentiùs ſuperbiæ extuliſti cornu. Dic Regi tuo vt cognoſcat, alijs omnibus generationibus inauditum, facinus ſuum, qui duos iam adulteros matri ſuæ ingeſſit, & calamitates totius orbis, illam præcipue, de qua ſuperius diximus, tecum defleat, quæ nouo ſceleri noua iuſto Dei iudicio ſucceſſit. Veni ad dolentem & pro te gementem Matrem Eccleſiam, vt ipſa pro te offerat ſacrificium acceptum Domino. Sola enim eſt, per quam ſacrificium libenter Dominus accipit; ſola, quæ pro errantibus fiducialiter intercedit, extra quam quicunque inuentus fuerit, peribit regnante diluuio, extra quam quicunque agnum comederit, profanus eſt, de cuius carnibus lex efferri foras, prohibet. In multis quidem eſtis ſecum, ſed in hoc nolite gaudere. Illud potius timete quod in eodem Pſalmo ſequitur: *Contaminauerunt teſtamentum eius*. Sicut non profuit Pilato & Herodi vinctus & flagellatus Chriſtus, ſic ad impietatem & perditionem veſtram magis officiunt Sacramenta eius.

Exod. 12

Pſal. 54.

Cum fiducia veni ad pinguedinem Matris Eccleſiæ, à cuius vbere erraſti, vt coaleſcas ei. Potens enim eſt Deus iterum te inſerere, cui nihil eſt impoſsibile, & certe gaudebit in te, irruetque ſuper collum tuum, & prima ſtola induet, immolabitque vitulum ſaginatum pro Filio prodigo. Omnipotens Deus, qui vult neminem perire, qui ſupra maternum amorem diligit peccatores, illuminet cor tuum gratiæ ſuæ ſplendore, & reducat ad viam ſalutis, vt cognoſcas quæ ſit voluntas eius beneplacens & perfecta.

Anſelmum plures ſcripſiſſe ad diuerſos epiſtolas teſtantur Trithemius & Poſſeuinus, ſed ſupradictam duntaxat potuimus reperire; atque hanc ad ſolum Guibertum, non item & ad Eccleſias, vt officium Mantuanum ex Baronio ſubindicat.

L I-

Digitized by Google

LIBER APOLOGETICVS S. ANSELMI

Contra eos, qui dicunt Regali poteſtati Chriſti Eccleſiam ſubiacere.

Ex Opuſculi initio hunc præfigimus titulum, idque ipſum eſſe exiſtimamus, quod vitæ author ſub titulo Apologetici ex diuerſis Sanctorum voluminibus Anſelmum compilaſſe recenſet. *Opuſculum quidem eſt abſolutum, per ſe ſeparatum; à primo Libro, quem præmiſit Caniſius, minime dependens.* Num. 78.

1 OPITVLANTE Domini noſtri clementia, qui nos & ſermones noſtros ſub mirabili nutu regit atque diſponit, accingimur reſpondere his, qui dicunt Regali poteſtati Chriſti Eccleſiam ſubiacere, vt ei pro ſuo libitu vel prece, vel pretio, vel gratis liceat Paſtores imponere, eiuſque poſſeſſiones vel in ſua, vel in cuius libuerit iura transferre. Et ne diutius exordium protrahamus, in primis dicendum videtur, quomodo certum eſt, quod B. Petrus Apoſtolus primus Eccleſiæ Pontifex, prius Patriarchalibus ſedibus Orientis, poſtmodum verò primos miſit Pontifices ciuitatibus Occidentis. Ipſi enim hæc ordinatio maxime competebat, cui principaliter Chriſtus, Dei Filius, cæleſtis regni clauibus traditis, ſuas oues paſcere iuſſerat, & pro cuius fide ne deficeret, ſpecialiter orauerat, cuiq; fratres ſuos in eadem fide confirmare præceperat.

2. Sed & reliquos Apoſtolos, quos reliquis mundi partibus nouimus prædicaſſe, ſingulis vrbibus, illarum partium, quibus quiſque verbum Dei prædicauit, itidem Paſtores non dubitamus miſiſſe. Et quomodo Spiritu ſancto docente cognouerunt ſæculi Principes ad fidem venturos, & ſuccedentibus temporibus ſtimulante auaritia quoſdam eorum Dei Eccleſiam ſuæ ditioni velle ſubijcere, ſuaque authoritate & libitu Paſtores eidem ſubrogare; inter reliquos canones, quos pro religionis cautela, & Ec-

Digitized by Google

clesiastica disciplina statuerunt, eorum prauis conatibus hac constitutione obuiauerunt, quæ ita se habet: *Si quis Episcopus*
Constit. Apostol. *sæcularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque, qui illi communicant.*

3. Hanc autem constitutionem, quæ eorum scribitur, si quis authenticam non esse contendet, sanctæ septimæ vniuersalis Synodi CCCL. Patrum, nec non & Antiochenæ Synodi, quibus authentica esse docetur, euersor: ac per hoc hæreticus iudicabitur. Nam & Calistus & Gregorius, & quidam alij Romani Pontifices, vt curioso Lectori notum est, eorundem Apostolicorum canonum authoritate suas Constitutiones firmauerunt. Stephanus verò Quartus, & Ioannes Septimus, vt ait Anastasius in Prologo septimæ Synodi, quinquaginta capitula eorumdem canonum in plenissimum authoritatis robur recipi censuerunt.

4. Porrò eisdem Apostolis decedentibus, Ecclesiæ vbique terrarum consuetudinem ab eis traditam inuiolabiliter seruauerunt, vt decedente cuiuslibet Ecclesiæ Pontifice, Clerus & populus eiusdem communi deliberatione de suo, vel alterius Ecclesiæ Clero sibi Pastorem præficerent. Et hæc tam sancta, tamque Deo grata consuetudo tamdiu integra, illibataque permansit, quousque fidelium multitudo Dei Ecclesias amplissimis possessionibus ditare, cœpit. Tunc enim ambitionis Spiritu interueniente, alij suarum, alij etiam aliarum Ecclesiarum cœperunt Episcopatus ambire, & nefandi Simonis commercio suis fautoribus, etiam quam non habebant, pecuniam promittere. Quod videntes Deo dignissimi Romani Pontifices, qui Sacerdotij primatum in toto orbe tenebant scilicet Bonifacius, Cælestinus, Leo, Gelasius, Symmachus, Hormisda, Gregorius, alij Simoniacam hæresim prius à Petro damnatam, ex tunc & in æternum damnauerunt, alij priscam consuetudinem decretalibus constitutionibus ita firmauerunt, vt statuerent nullũ ex aliqua Ecclesia alij Ecclesiæ præponi, nisi fortè qui suæ dignè præficeretur Ecclesiæ, in eadem, quod ipsi vix posse contingere crediderunt, nullatenus posset inueniri.

Hanc itaque, quam prædixi, consuetudinem ab Apostolis traditam, nullatenus violare præsumpserunt Christianissimi Imperatores Constantinus, Constans, Valentinianus, Theodosius, Archadius, Honorius, Carolus, Ludouicus, & his imperio & religione consimiles, qui vel à se, vel ab alijs ædificatas Ecclesias ampliſſimis donis ditauerunt, & in Clero & rebus Ecclesiarum nullum sibi dominium vel iudicium vendicare voluerunt, imò

Digitized by Google

imò ne quis ſibi vendicaret, quidam eorum, vt in ſequentibus docebimus, legibus vetuerunt.

5. At contra Zenon & Anaſtaſius Imperatores Eutychianiſtæ, hi leguntur prius ſanctam Dei Eccleſiam ſibi ſubdidiſſe, ita vt Catholicos Epiſcopos in exilio relegarent, & Apoſtolica traditione poſtpoſita, ſibi conſentaneos in eorum ſedibus videlicet ſubrogarent. Nam ante horum tempora leguntur quidam hæretici Imperatores, Catholicos Epiſcopos multis modis vexaſſe, electioni verò & promotioni cuiuslibet Pontificis nuſquam leguntur ſe immiſcuiſſe: ſiquidem ſub eiſdem Eutychianiſtis & Conſtantinopoli & in reliquis vrbibus, legitur innumerabilis fidelium multitudo Cleri ſcilicet & populi extitiſſe, quod Pſeudo-Epiſcopos eorumdem nullatenus voluerunt ſuſcipere, vt ex hoc aperte clareat eundem Clerum & populum idcircò eoſdem Pſeudo-Epiſcopos reſpuiſſe, quia conſtabat eoſdem abſque ſui electione in Dei contemptum, & erroris augmentum à præfatis Principibus promotos fuiſſe. Et vt exemplo, quod dicimus, aſtruamus: Anaſtaſius Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Bibliothecarius, in Chronica, quam de Græco in Latinum ſermonem tranſtulit; quamque ex vetuſtiſſimis Chronicis Græcorum compilauerunt quidam Græci Dei cultores, Theophanes ſcilicet & Georgius, quos idem in eiuſdem libri præfatione miris laudibus extollit: in eadem, inquam, Chronica de Imperio Anaſtaſij ſic inter cætera ſcribit: *Viceſimo Imperij Anaſtaſij anno, Ioanne Alexandrino Antiſtite hæretico mortuo, Dioſcorus iunior prælatus eſt Epiſcopus Alexandriæ. Cum autem veniſſet Conſtantinopolim pro Alexandrinis apud Imperatorem interceſſurus, propter occiſionem filij Caliopu Auguſtalis, ab Orthodoxis publice conuitys appetebatur cum procederet, æſtimantibus eum contra rectta dogmata aduenisſe, ergò cum ob homicidium interceſſiſſet, cum feſtinatione diſceſsit. Cauſa verò cædis iſta fuit. Cum idem Dioſcorus manus impoſitionem accepiſſet, exeſſerunt multitudines ruſticorum dicentes, quia niſi ſecundum quod ſanctorum Apoſtolorum canones continent, fiat Epiſcopus, non recipietur. Principes verò inthronizauerunt eum. Dioſcorus verò venit ad ſanctum Marcum, & venientes Clerici induerunt eum, ſecundò & iterum conſecrauerunt. Et ita veniens ad ſanctum Ioannem perfecit collectam. Cum autem eſſet illic Theodoſius filius Caliopij Auguſtalis, & Achatius Magiſter militum, turbæ turbatæ cœperunt iniurijs afficere filium Auguſtalis, eo quod laudaret Imperatorem Anaſtaſium. Cum verò iurgium motum fuiſſet, inſilientes quidam à ſede depoſuerunt filium Auguſtalis, & interemerunt eum*

Anaſtaſius Bibliothecarius.

eum: at vero Achatius Magister militum, quotquot capere potuit, interfecit. Quod audiens Imperator, iratus est aduersus eos. Porrò Dioscorus interueniens mitigauit eum.

6. Ecce, qui primum Apostolicam traditionem de Pontificali promotione ausi sunt violare, ecce quibus primum authoribus sæculi principes suos Pontifices nituntur Dei Ecclesiæ promouere. Et vt cœpta persequamur, secuti sunt horum exempla hæreticorum quidam Græcorum Imperatores, regni sui vrbibus, suos Episcopos imponentes. Romanæ verò Vrbi Deo præstante meritis Apostolorum, qui in ea viuunt & præsident, in hoc pepercerunt, decretum tamen electionis futuri Pontificis à Clero & Senatu subscriptum prius, quam idem consecraretur, sibi mitti statuerunt. Quod cum legatur eisdem Imperatoribus, sæpe directum fuisse, nusquam tamen legitur eosdem Romanorum electionem mutasse. Hoc autem quia Deo contrarium erat, vt Ecclesia Pontifice careret, vsque dum qui decretum ferebat, iret & rediret, penitus respuerunt sequentes Imperatores pietate religioneque præstantes. Sic enim legitur in Romano Pontificali: *Benedictus enim natione Romanus suscepit iussiones clementissimi Principis Constantini ad venerabilem Clerum, & Populum Romanæ ciuitatis, per quas concessit, vt qui electus fuerit Pontifex, e vestigio consecretur absque tarditate.*

Pontificale Romanum.

Itaque qui aduertit alios Græcorum Imperatores ante consecrationem decretum sibi mitti voluisse, attendat eosdem Romanam electionem numquam reprobasse: attendat etiam posteros eorumdem, quia hoc contrarium Deo erat, penitus respuisse. Itaque percurramus sanctorum Patrum decreta, quæ de Pontificum promotione statuerunt, vt sciamus quid iuris Imperatoribus suorum vel quorumlibet temporum in eisdem seruauerunt.

7. Leo, doctor eximius & primus, Ecclesiæ Romanæ Pontifex, Anastasio Thessalonicensium Episcopo, qui vices Romani Pontificis super quadraginta Episcopos Illyrici & Græciæ habebat, sic inter cætera scribit: *De persona consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu Metropolitanus fraternitati tuæ referat.* Et paulo post: *Metropolitano verò defuncto, cum in loco eius alius fuit subrogandus, comprouinciales Episcopi ad ciuitatem Metropolim conueniant, vt omnium Clericorum atque ciuium voluntate discussa, ex Presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel ex Diaconibus optimus eligatur. Cum ergò de summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri plebisque consensus concorditer*

Leo Papa ep. 84 cap. 6.

Digitized by Google

corditer poſtulauerit, ita vt ſi in aliam forte perſonam partium ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & ſtudijs iuuatur & meritis, tantum vt nullus inuitis & non petentibus, ordinetur, ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, cui non licuerit habere, quem voluit. Item idem: *Nulla ratio ſinit vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebe expetiti, nec a prouincialibus cum Metropolitani iudicio conſecrati.*

8. Cæleſtinus. *Nec emeritis in ſuis Eccleſijs peregrini & extranei, & qui ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui bene ſuorum merentur ciuium teſtimonium, præponantur.* Item ibidem: *Nullis inuitis detur Epiſcopus, Cleri plebis & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc alter de Eccleſia eligatur altera, ſi de ciuitatis ipſius Clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Primum enim illi reprobandi ſunt, qui ibi ſunt, vt aliqui de alienis Eccleſijs merito præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum militiæ ſuæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem, in aliena ſtipendia minime alter obrepat. Sit facultas Cleris renitendi ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo cognouerint, non timeant refutare. Quod ſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos eſt rectturus, debent habere iudicium.*

Cæleſt. ep. 1. ad Epiſcop. Galliæ c. 4. & 5.

9. Gregorius Gaudioſo Epiſcopo inter cætera: *Et idcò fraternitas tua ad prædictam eccleſiam ire properabit, & clerum plebemque admonere feſtinet, vt remoto diſsidio vno eodemque conſenſu talem præficiendum ſibi expetant Sacerdotem, qui à venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate electus, omnium ſubſcriptionibus roboratus & dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat. Commonemus etiam vt nullum eligi permittatis de alterâ Eccleſia, niſi fortè inter clericos ipſius ciuitatis nullus ad Epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, poterit inueniri, prouiſurus ante omnia ne ad cuiuslibet conuerſationis meritum laſciua perſona aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui, quòd abſit, incurras.*

Gregor. l. 7. ep. 89

10. Ex Concilio Niceno Patrum CCCX. VIII. cap. VI. *Per omnia autem manifeſtum eſt, quia ſi quis præter voluntatem & conſcientiam Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum. Sane, ſi communi omnium conſenſu, rationabiliter probato, ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo vel tres animoſitate ducti*

Concilium Nicenum.

per

per contentionem contradicunt, obtineat plurimorum Sacerdotum sententia.

Septima Synodus

Ex Septima Synodo vniuersali habita à quinque Patriarchis, cum CCCL. Patribus, sub Adriano primo Pontifice, cap. 111. *Omnis electio Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi à Principibus facta, irrita maneat secundùm regulam, quæ dicit: Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque, qui illi communicant.*

Octava Synodus act. 10. cap. 22.

11. Ex VIII. Synodo item vniuersali habita à V. Patriarchis cum Patribus CCXL. sub Nicolao Primo Pontifice: *Promotiones & consecrationes Episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione ac decreto Episcoporum fieri, hæc sancta & vniuersalis Synodus definiuit, & statuit, atque iure promulgauit, neminem Laicorum Principum vel Potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio vel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem quemquam Potestatiuorum Laicorum habere conueniat, sed potius silere & attendere sibi, quousque regulariter à Collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si quis verò Laicorum ad concertandum & cooperandum inuitatur ab Ecclesia, licet huiusmodi cum reuerentia, si forte voluerit obtemperare se ascisscentibus, taliter enim dignum Pastorem sibi regulariter ad suam salutem Ecclesia promouet. Quisquis autem sæcularium Principum aut Potentum, aut alterius dignitatis Laicus, aduersus communem ac consonantem atque Canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat & consentiat, quod Ecclesia de electione atque ordinatione proprij Præsulis se velle monstrauerit.*

Concilium Antiochenũ

12. Item in Concilio Antiocheno CXXII. *Si quis presbyter vel Diaconus per sæcularem dignitatem Ecclesiam Domini obtinuerit, deijciatur & ipse & ordinator à communione modis omnibus abscindatur, & sub anathemate sint, sicut Simon Magus à Petro.*

Synodus sub Symmacho.

Ex Synodo Symmachi Pontificis cum ducentis & octodecim Episcopis: *Non placuit Laicos ad statuendum aliquid in Ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.* In eadem: *Defuncto Pontifice, si in vnum totius inclinauerit Ecclesiastici ordinis electio, consecretur Episcopus. Si verò, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa, conuincat sententia plurimorum.*

Pontificale Romanum.

13. Ex Romano **Pontificali**. *Benedictus natione Romanus fecit constitutum in Ecclesia B. Petri Apostoli, in quo sederunt Episcopi*

Digitized by Google

ſcopi ſeptuaginta duo, Presbyteri Romani triginta tres, præſente Clero, ſub anathemate, vt nullus, Pontifice Romano viuente, aut Epiſcopo ciuitatis ſuæ, præſumat loqui, aut ſibi partes facere, niſi tertio die depoſitionis eius, adunato Clero & filijs Eccleſiæ, & tunc electio fiat. Ex eodem: *Stephanus natione Siculus, congregatis Epiſcopis totius Tuſciæ, atque Campaniæ, conſidentibus pariter duodecim Epiſcopis Francorum & Romanis Presbyteris, in præſentia totius Cleri & Populi concilium fecit in Eccleſia Conſtantiniana, in quo damnauit Conſtantinum Neophytum, innaſorem Sedis Apoſtolicæ, & allatis ſacris canonibus, eiſque liquidò perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem Concilio ſub anathematis interdicto, vt nullus vnquam Laicorum neque ex alio ordine præſumat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens Diaconus aut Presbyter factus fuerit Cardinalis, ad ſacrum Pontificatus honorem promoueri.*

Ex Concilio Leonis IV. Epiſcoporum L. cap. V. *Si quis Sacerdotibus, ſeu primatibus nobilibus, ſeu cætero Clero huius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ electionem Romani Pontificis contradicere præſumpſerit, ſicut in Concilio B. Stephani legitur ſtatutum, anathema ſit*: Item *quod electio Pontificis non pertineat Laicis tantum.* Concilium ſub Leone iv

Ex Concilio Laodicenſe cap. XII. *Non eſt permittendum turbæ electiones eorum facere, qui ſunt ad Sacerdotium prouehendi.* Concilii Laodicenſe.

Item ex decreto Cæleſtini Pontificis: *Docendus eſt populus, & non ſequendus, noſque ſi neſciunt, eos, quid liceat, quidue non liceat, commonere, non conſenſum præbere debemus.* Cæleſtinus Papa

14. Decurſis itaque tot ſanctorum Patrum authoritatibus, Latinorum ſcilicet & Græcorum, patet nihil iuris Imperatoriæ poteſtati in Pontificum electione ſeu promotione ab eiſdem attributum eſſe. imò ne qua Laicalis poteſtas ſibi quidquam in his vendicet, à quibuſdam eorum ſub anathemate, hoc eſt, ſeparatione à Deo, inhibitum fuiſſe. Et certe ſub præfatis Romanis Pontificibus leguntur extitiſſe potentiſſimi Imperatores, non ſolum Orienti, ſed etiam Occidenti imperantes, ſcilicet Valentinianus & Theodoſius iuniores: Marianus, Mauritius & Phocas. Et cum præfatæ vniuerſales Synodi, id eſt, prima & ſeptima à tot patribus agerentur Niceæ, Chriſtianiſſimi Imperatores Conſtantinus Magnus, & item Conſtantinus, & Hirene mater eius, affuiſſe leguntur; ſed & Baſilio Magno Imperatore magno petente & præſente legitur octaua Synodus item vniuerſalis Conſtantinopoli celebrata fuiſſe. Itaque cum prima earum cenſeret non habendum quemquam Epiſcopum ſine conſilio Metropolitani: Septima verò trium ſacrorum ordinum

Digitized by Google

electionem à principibus prohiberet fieri: Octaua verò sub anathemate interdiceret Pontificum electionem Laicali potestati, numquid qui præsentes aderant Imperatores questi sunt hoc ad sui contemptum fieri, vt nihil de Pontificum electione eorum quidem referretur potestati? Imò potius leguntur sanctorum Patrum constitutiones amplexati fuisse, easque quidam eorum post quinque Patriarcharum subscriptiones suis quoque subscriptionibus, roborasse.

Item, cum contingeret præfatos Romanorum Pontifices de Pontificum electione decernere, contigit suorum temporum Imperatores hoc ad sui Imperij iniuriam fieri questos fuisse? Non equidem.

15. Sunt autem quidam eorum, contra quos scribimus, qui putant se quiddam magni in sui defensionem adinuenisse, cum introducunt Gregorium & Ambrosium a sæculi Principibus ad Pontificatum promotos fuisse. Quod quam friuolum, quamque falsum sit, euidenti iudicio clarebit, collatis eorum electionibus cum cap. VIII. Synodi, quod supra scripsimus: Nam quamuis multorum annorum interstitio à se distent, tamen ita sibi concordare videntur, vt & Synodus & eorum electio vel promotio, vno eodemque Dei Spiritu acta fuisse, probentur. Sic enim in gestis eorum describitur vel scriptum habetur: *Gregorium licet totis viribus renitentem, Clerus Senatusque & Populus Romanus sibi concorditer Pontificem delegerunt. At ille cum decretum generalitatis euadere nequiuit, consensurum se tandem aliquandò simulauit, & Imperatori Mauritio, cuius filium ex Lauacro sancto susceperat, latenter litteras destinauit, adiurans, ne vnquam assensum populis præberet, vt se huius honoris gloria sublimarent. Sed Præfectus vrbis Germanus nomine, eius nuncium anticipauit, comprehensumque ac diruptis epistolis, consensum, quem populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia Diaconi, eo quod locum deferendi ei honoris, vt cupierat, reperisset, ipsum ordinari præcepit.*

Ex gestis Gregor. Papæ.

Item in gestis Ambrosij. *Cum populus magis magisque acclamaret: Peccatum tuum super nos. Cumque ille videret suam intentionem nihil posse proficere, fugam parauit, egressusque nostis medio ciuitatem, cum Ticinum se pergere putaret, manè ad portam ciuitatis Mediolanensis, quæ dicitur Romana, inuenitur. Cumque inuentus custodiretur à populo, missa relatione ad Imperatorem clementissimum Valentinianum, qui hoc summo gaudio accepit, quod iudices à se directi, ad Sacerdotium peterentur.*

Ex gestis Ambrosij Episcopi.

Ecce

Digitized by Google

16. Ecce ex his & præfato capite patentiſſime colligitur, iuxta priſcam conſuetudinem præfatos Pontifices electos fuiſſe. Sed quia nullatenus promoueri patiebantur, cum in alterius electione Præfectus vice Romanorum, Mauritij; in alterius verò populus Valentiniani legitur auxilium expetiſſe, patet profecto iuxta cap. VIII. Synodi Eccleſiam ſæculares poteſtates in ſui adiutorium inuitaſſe, eaſque non imperio, ſed obedientia tunc vſas fuiſſe. Quod quidem non videtur nobis fieri non licere, ſi contingat dignum quemlibet conſenſum in ſui promotionem non præbere, regalem verò poteſtatem contingat in eadem diœceſi adeſſe, vt Valentinianus tunc in Mediolanenſi legitur affuiſſe. Vt autem quæratur extra diœceſim, cum longo interſtitio poſſit abeſſe, abſurdiſſimum eſt, cum ſanctiſſimorum Patrum legibus ſtatutum ſit, ne intra tres menſes viduatam relinquant Eccleſiam à Pontifice.

17. Quod verò in hiſtoria tripartita legitur Valentinianus Imperator dixiſſe Ambroſio: *Deus commiſit tibi animas, ego corpora*: quam peſſime cohæreat præcedentibus, qui legit, intelligat. Valde enim contrarium videtur, & hoc eum dixiſſe, & vt à ſe Pontifex eligeretur, quod ibidem præmiſſum eſt, nullatenus conſenſiſſe. Hoc autem nihil nobis aduerſatur, cum B. Gregorius eandem hiſtoriam mendoſam & à Romana Eccleſia repudiatam affirmet. Hiſt. tripart.

18. Sunt item qui obijciunt: Nicolaum iuniorem decreto Synodi conſtituiſſe, vt obeunte Apoſtolico Pontifice ſucceſſor eligeretur, & electio eius Regi notificaretur. Facta verò electione, & vt prædictum eſt, Regi notificata, ita demum Pontifex conſecraretur. Quod ſi admittendum eſt, vt ratione factum dicatur, obijcimus ad hoc confutandum, præfatum Regem & optimates eius ſe ea conſtitutione indignos feciſſe. Primum quia poſtea præfatum Nicolaum, Colonienſem Archiepiſcopum pro ſuis exceſſibus corripuiſſe, grauiter tulerunt, eumque huius gratia quantum in ſe erat, à Papatu depoſuerunt, & nomen eiuſdem in Canone conſecrationis nominari vetuerunt. Ideoque decretum eius de iure irritum eſſe debebit, quia cum à toto orbe Papa haberetur, iuxta eorumdem ſententiam eiſdem Papa non fuit, quaſi non ex Dei, ſed eorum tantum penderet voluntate, quempiam quemlibet eſſe vel non eſſe. Romanus enim Pontifex, vt ſapientes norunt, non modo deponi, ſed etiam nullo Chriſtiano iure à quolibet poteſt iudicari. Deinde quia cum in eodem decreto cautum eſſet, vt Romæ Pontificis electio Omnia hæc, & quæ ſequuntur. n. 24. refert Baron. anno 1059. ex Libello Card. Deus dedit.

Digitized by Google

à Romano Clero & Populo ageretur, & poſtea Regi notificaretur, ipſi præfatum decretum violantes, elegerunt quod eis non licebat, prius Cadaloum Parmenſem, poſtea Vvicbertum Rauennatem, induentes eos Apoſtolicis inſignibus, vocantes Apoſtolicos, Apoſtatas, Antichriſti præceſſores. Præterea autem præfatus Vvicbertus aut ſui, vt ſuæ parti fauorem aſcriberent, quædam in eodem decreto addendo, quædam mutando, ita illud reddiderunt à ſe diſſidens, vt aut pauca, aut nulla exemplaria ſibi concordantia valeant inueniri. Quale autem decretum eſt, quod à ſe ita diſcrepare videtur, vt quid in eo potiſſimum credi debeat, ignoretur?

Qualiter hæc intelligẽda ſint vide infra num. 22. & 30.

19. Sed vt tandem inuincibili gladio feriamus, præfatus Nicolaus, vnus ſcilicet Patriarcha, cum quolibet Epiſcoporum Concilio, non potuit abrumpere, imò nec mutare, non obuiantia fidei, præfata decreta ſanctorum quinque Patriarcharum ſcilicet Romani, Alexandrini, Antiocheni, Ieroſolymitani, Conſtantinopolitani, & vt ex numero præfatis Synodis appoſito colligi poteſt, ſanctorum Patrum, numero CCL. & eo ampliùs, tot quidem leguntur præfatas conſtitutiones ſuis temporibus ſtatuiſſe, in quibus non inueniuntur quidquam Regiæ poteſtati in Pontificum electione ſeu promotione conceſſiſſe, imò vt prædictum eſt, conſidentibus cum eis Chriſtianiſſimis Imperatoribus & non contradicentibus, leguntur ſub perpetuo anathemate vetuiſſe. Quod ſi hoc vendicandum eſt ex Græcorum Imperatorum conſuetudine, vel ex Ambroſiana vel Gregoriana electione, conſtat vt præmiſſum eſt, eoſdem ipſos hoc veluti Deo aduerſum reſpuiſſe, eorumdem verò Pontificum electionem & promotionem VIII. Synodo quamuis præpoſtere concordaſſe.

20. Et quamuis decretum, de quo agimus, à præfatis Eccleſiæ legibus penitus eneruetur, videamus tamen adhuc quid de eo iterum Eccleſiæ & ſæculi leges cenſeant, vt penitus euacuetur. Ex Synodo Papæ Honorij cap. IV. *Illud quod quiſque commiſit Epiſcopus illicite, aut à deceſſoribus inuenit admiſſum, ſi proprium vult vitare periculum, damnabit: Nam in ſe, quidquid in alio non reſecabit, inueniet.*

Gelaſius Gelaſius Creſconio, Ioanni & Meſſalæ Epiſcopis inter cætera. *Deceſſorum ſtatuta ſicut legitima & iuſta, Succeſſorem cuſtodire conuenit, ita debet etiam mala facta corrigere.*

Pelagius Pelagius Armentario magiſtro Militum, inter cætera. *Poſteaquam Eccleſiæ iura documentorum quoque intercedentium fuerint auſto-*

Digitized by Google

auctoritate firmata, nullatenus ab his diſcedendi liberam Pontifex, vel ſi velit, permittatur habere licentiam.

Adrianus Engelramino: *Conſtitutiones contra ſancta decreta Romanorum Præſulum, nullius ſint momenti.* Adrianus.

Gregorius in Regiſtro. *Imperiali conſtitutione apertè ſancitum eſt, vt ea quæ contra leges fiunt, non ſolum inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint.* Gregorius.

21. Ex Romanis legibus. *Id tantum de ſacra reſponſione ſubſtantiam mutuetur, quod legum auxilia proſequuntur.* Item: *Generale præceptum beneficio ſpeciali anteferendum eſt.* Et item: *Contra ius reſcripta non valeant, quocunque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura præſcribunt, magis ſequi iudices debent.* Et infra: *Perſonalia reſcripta, quæ cum iure concordant, valeant more veterum, & negotij, de quo loquitur noſtra reſcriptio, finis, latæ ſententiæ terminis cenſeatur. Speciale autem ſi quid legibus ac iuri importat iniuriam, abolitum extirpetur.* Item: *Illa ſacra vniuſcuiuſque ſupplicantis deſiderio conceſſa prævaleant, & effectui mancipentur, quæ cum iuris & legum ratione concordant: Ea verò, quæ ſurreptione vel falſis precibus forſitan impetrantur, nullum ſupplicantibus ferant remedium.* Leges Rom.

22. His itaque decurſis patet prælatum decretum nullius momenti eſſe, nec vnquam aliquid virium habuiſſe. Et hæc dicens non præiudico beatæ memoriæ Papę Nicolao, nec quidquã eius honori derogo, Patrum ſententias Dei ſpiritu conditas ſequendo. Homo quippe fuit, eique vt contra fas ageret, ſurripi potuit. Nec mirum hoc eidem contigiſſe, cum quidam ipſius deceſſor inueniatur quidquam decreuiſſe, & meliori vſus conſilio poſtea immutaſſe. Siquidem Bonifacius Secundus legitur ex decreto conſtituiſſe, Vigilium Diaconum ſibi in Pontificatu ſuccedere. Quod quia Romano Clero viſum eſt canonibus aduerſari, præſente Clero ab eodem ſuppoſitum eſt igni, ante confeſſionem B. Petri Apoſtoli. Et certè præfatus Nicolaus diuino metu concuſſus hoc idem feciſſet, ſi tot Patrum ſententias tunc in vnum collectas, vidiſſet, eaſque ſuo decreto tam concorditer aduerſari perpendiſſet.

23. Beatus quoque Auguſtinus librum Retractationum compoſuit, in correctionem eorum, quæ prius incaute deſcripſit, & vt idem quiſque faciat, his verbis commonefacit: ait enim in proœmio eiuſdem Libri: *Neque enim quiſquam niſi imprudẽs, ideoquia mea errata reprehendo me reprehendere audebit. Sed & ſi dicit, non debuiſſe ea à me dici, quæ poſtea mihi etiã diſplicerent, verum* Auguſtinus.

dicit

dicit & mecum facit: eorum quippè reprehensor est, quorum & ego sum: Sed sicut volet quisque accipiat hoc, quod facio, me tamen Apostolicam sententiam etiam in hac re oportet intueri. Quæ dicit; si nos ipsos iudicaremus, à Domino non iudicaremur.

1. Cor. 11.

24. Excommunicatio autẽ quę in prefato decreto terribiliter profertur, à Vvicberto, aut à suis fautoribus indita creditur, quoniam in antiquioribus eiusdem decreti exemplaribus, lõge aliter habetur. Et hæc quidem veniet super eos, qui eam ibidem in sui fauorem indiderunt, & super eos, qui eam timendam esse dicere præsumunt. Super illos quidem, vt incidant in foueam, quam foderunt, & vt apprehendat eos captio, quam occultauerunt: Super hos autem, quoniam illic trepidauerunt timore, vbi non esset timor, quoniam Dominus in generatione iusta est. Nam si in in generatione iusta est, in prætatis Patribus fuit, & per eos locutus est; ideoque illorum maledictio, sicut Dei, pauenda est. De maledictione verò illorum, qui eorumdem Patrum decretis non obediunt, dicit idem Dominus per Prophetam: *Benedicam maledictionibus vestris*: Et item: *Maledicent illi & tu benedices*. Et Salomon: *Sicut auis in contrarium volans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum super eum veniet, qui misit illud*. Hoc contra decretum, cuius se Vvicbertus authoritate defendit, vt doceat se esse quod non est, nec vnquam esse poterit.

Decretũ hoc refertur à Gratian. Sed à Schismaticis corruptum. Vide de Baron. citat. & cõment. nostr. n. 10. & 64.

Malach. Ps. 108. Prou. 26

25. De numero verò annorum, quibus hæc damnabilis consuetudo permansisse dicitur, vt sęculi potestas pro suo libitu Pontifices promoueat, iure causari non potest. Nam de diuersis consuetudinibus illa potissimum sequenda est, quæ cũ originem sumeret, Catholicos Patres suorum priorum Patrum vestigia, sectantes authores habuit, sicut Patres septimæ & octauæ Synodi, sicuti sunt statuta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & illi consuetudinem ab Apostolorum temporibus, per omnes Ecclesias obseruatam. Ea verò peruersitas, quæ à sæculi principibus superinducta est, non præiudicat eidem sanctæ consuetudini, quantalibet temporum obtinuerit curricula. Alioqui Dominus Deus noster culpandus est, qui filios Israel longissima consuetudine sub seruitute detentos, tum sub Pharaone, tum sub Cyro, vel Dario liberauit, & humanum genus sub Diaboli seruitute longa consuetudine detentum, post quinque M. annorum curricula propria morte redemit. Præterea, cum veteris & noui Testamenti legibus adulterium prohibitum sit, si qui Reges adulterium commiserint, numquid eorum authoritate posteri Reges adulterari sibi licitum putabunt? absit.

Et

Digitized by Google

26. Et quidem certum eſt Regum contra leges commiſſa nullatenus ſequenda eſſe, leges verò ab eiſdem calcatas in ſuo ſtatu manere debere. Hinc eſt quod ſancti Dei Martyres & Romani Pontifices in ſuis ſtatutis inſeruerunt, dicentes: *Non licet Imperatori vel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuinitatis mandata præſumere. Iniuſtum enim iudicium, & definitio, Regis metu vel iuſſu à iudicibus ordinata, non valeant: nec quidquid contra Euangelicæ, vel Propheticæ, aut Apoſtolicæ doctrinæ conſtitutionem ſiue ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit, & quod ab infidelibus & hæreticis factum erit, omninò caſſabitur.* Decreta Pontificum.

Item Adrianus ad Epiſcopũ Engelrammum cap. 48. *Item generali decreto conſtituimus, vt execrandum anathema fiat, & veluti prænaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat, quicumque Regum vel Potentum deinceps canonum cenſuram in quocunque crediderit vel permiſerit violandam.* Item idem ad eundem: *Conſtitutiones contra ſancta decreta Romanorum Præſulum nullius ſint momenti.* Adrianus.

27. Si autem omnis plantatio, quam Pater cæleſtis non plantauit, eradicabitur, etſi, vt prædictum eſt, quod ab infidelibus & hæreticis actum fuerit, omnino caſſabitur, numquid hæc impietas Eutychianiſtarum Imperatorum caſſari & eradicari nõ debet? Certè quiſquis Eccleſiaſticus pro ſuo officio vehementer non accẽditur, vt tanta prauitas à Dei domo euellatur, zelo eiuſdem domus Dei non comeditur, & apud Deum canis mutus latrare non valens reputatur. Quis enim non aduertat hanc peſtem ſeminarium eſſe Symoniacæ hæreſeos, & totius Chriſtianæ religionis lamentabilem deſtructionem? Nempè cum dignitas Epiſcopalis à Principe adipiſci poſſe ſperatur, contemptis ſuis Epiſcopis ac Clericis, Dei Eccleſia deſeritur, & ab alijs quidem ingens pecunia aulicorum marſupijs infunditur, vt eorundem ſuffragia ad tam nefariam promotionem mereantur, ab alijs infinitæ pecuniæ diſpendio plus decennio in ſæculari curia deſeruitur, æſtus, pluuiæ, frigora, & cætera incommoda patientiſſime tolerantur; ab alijs autem vel ſui paſtoris, vel cuius honorem ambiunt, mors inceſſanter optatur, ab alio alij vehementer inuidetur, dum quod ſibi ſperat, ab eo ſurripi poſſe putatur. Imò proh dolor in tantam Dei iniuriam interdum proſilitur, vt & ſeruis & fornicarijs dignitas iſta præſtetur. Tales quippè cum adepti fuerint, quod taliter expetierunt, peccantes ſæculi poteſtates nullatenus præſumunt redarguere, quoniam ſe ab illis promotos fuiſſe meminerunt, imò ne redaguere præſumerent, promoti

fuerunt

fuerunt. Et hi lac quidem & lanam accipiunt, sed perditissime viuentes animam salutem negligunt. Sic quippè impletur quod scriptum est: *Ruina populi sacerdotes mali*. Et item: *Et erit sicut populus ita & sacerdos*. Sacerdotes quippè à populo non videntur distare, cum quisque certatim se popularibus actionibus studet implicare. Nam cum nemo Deo militans implicet se sæcularibus negotijs, quidam eorum non Canonum, sed canum & accipitrum studia, & reliquos mundi luxus exercent: Quidam autem, quasi Deus laudet in sacerdote, quod reprehendit in diuite, amiciuntur peregrinorum pellibus, & relictis suis Cathedralibus Ecclesijs, assistunt Imperatoribus, cum canones spiritu Dei conditi prohibeant Pontifices palatia Regis adire, sed si qua suggerenda sunt, per suos Diaconos potiùs intimare. Cumque ijdem sacri Canones prohibeant sub interminatione, quemque Pontificem à sua cathedrali Ecclesia tribus Dominicis diebus abesse, alios quidem eorum vix ter aut quater in anno, & hos vix anno integro contingit easdem reuisere. Et vt soli non peccent, sed fiant vt scriptum est, *Laqueus iuuenum*, dant exemplum Clericis, suas itidem Ecclesias deserere, & sub spe Episcopandi Regum curiæ militare.

Isaiæ 24. Oseæ 4.

Isaię 41.

28. Sed obijcitur: Clericos vt diuina officia Principibus exhibeant, eorundem habitare curiam oportere, quasi non sit iustius apud Deum, & apud homines conuenientius, quemque Episcopum, in cuius Diæcesi contingit Principem adesse, eidem idoneos & religiosos Clericos ad diuina mysteria celebranda dirigere, & pro temporis diuturnitate, qua idem ibidem moratur, alios alijs iubere succedere.

Hiis tantis cladibus, quæ contingunt ex præfatis promotionibus, Gregorius Septimus obuiare cupiens, Romana Synodo quinquaginta Episcoporum, considente Presbyterorum & Abbatum multitudine, per omnia sanctis præfatis Patribus consonantia decreta statuit dicens: *Si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos habeatur, nec vlla ei vt Episcopo aut Abbati audientia concedatur, insuper ei gratiam B. Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus & Ecclesiasticis dignitatibus, constituimus.* Item: *Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet sæcularium potestatum aut personarum inuestituram Episcopatuum, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis*

Gregorius vij.

Digitized by Google

tatis dare præſumpſerint , eiuſdem ſententiæ vinculo ſe aſtrictum eſſe ſciat .

29. Et quoniam Sanctorum authoritate monſtratum eſt, Pontificum electionem ſæculari poteſtati non ſubiacere, libet adhuc Chriſtianiſſimorum Imperatorum, quas hac de cauſa ſanxerunt conſtitutiones in medium deducere, vt pateat nobis, ſi quid iuris in eadem cauſa voluerunt vindicare. Hoc enim Carolus & Ludouicus glorioſi Imperatores in primo libro Capitulorum ſuorum ſtatuerunt: *Sacrorum canonum non ignari , vt in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiatur honore, aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbemus , vt ſcilicet Epiſcopi per electionem Cleri & populi , ſecundum ſtatuta Canonum de propria diœceſi , remota perſonarum & munerum acceptione , ob vitæ meritum , & ſapientiæ donum eligantur , vt verbo & exemplo ſibi ſubiectis prodeſſe valeant .* Carolus & Ludouicus Imperat.

Certè conſtitutio hæc tam conſonantiſſima ſanctorum Patrum conſtitutionibus eſſe perpenditur, vt ſi vel à Nicæna, vel qualibet etiam vniuerſali Synodorum promulgaretur, non minus ſpiritu Dei per iſtorum ora, quam per eandem prolata crederetur. Hoc quippè docet hunc eſſe honorem, hanc eſſe libertatem ſanctæ Eccleſiæ, Clerum ſcilicet eidem & populum ſibimet Pontificem eligere, hoc in electione canonum ſtatuta ſeruanda eſſe commemorat, hoc Simoniacam hæreſim prohibendo impugnat, hoc vitæ meritũ & ſapientiam in Paſtoris electione quęrenda demonſtrat, & quod mirum eſt, breuiſſime videtur tangere, quod B. Gregorius ſcribit de Pontifice ſcilicet : *Vt quiſquis perpendere debeat qualiter ad Pontificatum veniat , & rite veniens qualiter doceat , & recte docens qualiter viuat .* Gregor.

30. Patet itaque ſanctorum Romanorum Præſulum auctoritate, & Patrum, ac ſanctarum vniuerſalium Synodorum, ſeptimæ atque octauæ, Pontificum electionem Cleri & populi cuiuſque eſſe debere. Patet quoque Chriſtianiſſimos Imperatores, Conſtantinum, Conſtantem, Valentinianum, Theodoſium, Arcadium, Honorium, Carolum, Ludouicum, cæteroſque fide & religione præſtantes, eandem conſuetudinem ab Apoſtolorum temporibus obſeruatam minime violaſſe. Patet etiam item Chriſtianiſſimos Imperatores Conſtantinum Magnum, & item Conſtantinum, & Eirenen, & Baſilium, Carolum quoque & Ludouicum, præfatam electionem ſæculari poteſtati legibus abſtuliſſe. Quanquam ſi etiam eorumdem ſanctionibus hoc non prohiberetur, Patriarchalium ſedium auctoritati non minus obaudiretur, Pontificibus enim, non Imperatoribus legitur Deus

Matt. 18 Ioan. 21. dixisse: *Quæcunque alligaueris super terram, erunt ligata & in cælis &c.* Item primo Pontifici: *Pasce oues meas*: Item Apostolis omnibus: *Euntes docete omnes gentes*. Patriarcharum enim tanta est auctoritas, vt omnimodis hæreticus comprobetur quisquis eorundem Synodicis Constitutionibus obuiare nititur. Quæcunque enim communiter statuerint sequenda, ab omni Ecclesia seruentur, quæcunque docuerint respuenda, respuantur, nec vnquam à quolibet, nisi forte ab eisdem eorumdem commune iudicium retractabitur. Firmamentum enim Christianæ fidei in eorum Sedibus, per B. Petrum sessorem earundem, ita Deus locauit, vt si vnus ex tribus principalibus Patriarchis ceciderit, duo stent; quod si duo ceciderint, cum pro fide Petri ne deficiat, à Christo oratum sit, vnius scilicet Romani Patriarchæ fides, in qua fratres suos confirmet, numquam deficiat. Quod vtique Christus Deus noster iam ostendere dignatus est, in vniuersalibus Synodis, iam ab ipsius ascensione octies vniuersaliter celebratis. Nam vno vel duobus à fide corruentibus, Romanus in eiusdem fidei fundamento licet pulsatus, licet concussus, tamen stetit immobilis. Cœlum enim & terra transibunt, verba autem eius non transibunt, qui dixit: *Tu es Petrus, &* Matt. 16 *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam &c.*

31. Caueant itaque sæculi potestates sequi quod Eutychianistæ Imperatores adinuenerunt, ne, quod absit, cum eis pariter puniantur, quorum tam prauas actiones imitari maluerunt. Permittant sanctæ Dei Ecclesiæ vti suo iure, & honore, scilicet secundum sanctorum Patrum sanctiones, Pontifices sibi deligere & promouere.

Et quoniam supradiximus hanc pestem Simoniacæ hæreseos seminarium esse, operæ pretium est, aduersus eiusdem hæresis Sacerdotes insurgere, & de eorum Sacerdotio & sacrificio Patrum sententias in medium adducere.

Vide c. Latinum I. c. 1.

Synodus vij.

In epistola septimæ Synodi vniuersalis, Adriano Papæ directa, sic inter cætera legitur. *Eos qui per pecuniam manus imposuerunt vel imponunt, Petrus diuinus Apostolus, cuius* Cathedram *sortita est Sanctitas vestra, tanquam Simonem Magum* deponit. *Tolerabilior enim est Macedonij, & eorum, qui circa ipsum sunt, sancti Spiritus impugnatorum impia hæresis. Illi enim creaturam, & seruum Dei Patris & Filij Spiritum sanctum delirando fatentur: isti suum Spiritum sanctum efficiunt seruum: Omnis enim Dominus quæ habet, si vult, vendit, siue seruum, siue aliquid eorum, quæ possidet:*

Digitized by Google

ſidet: ſimiliter & qui emit, Dominus volens eſſe eius, quod emerit, per pretium pecuniæ illud adquirit. Ita & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui ſancto, æqualiter peccantes his, qui blaſphemauerunt, dicentes: In Beelzebub eijcere Chriſtum dæmonia. Atque vt verius dicamus, Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis Dei occiſoribus, Chriſtum vendidit. Cumque ſanctus Spiritus conſubſtantialis ſit Chriſto, eius ipſi proditores erunt. Et procul dubio non eſt in eis gratia Spiritus ſancti, id eſt, Sacerdotij ſanctitas. Nam qui non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus Simoni: Luc. 11. Act. 8. *Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto, quoniam exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Nam & vigeſimus & octauus Canon Apoſtolorum, & actus eorumdem, tertius & quartus Liber Regum, alienum omninò à Sacerdotio pronunciant eum, qui aliquam dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, ſiue ante manus impoſitionem, ſiue in manus impoſitione, ſiue poſt manus impoſitionem. Accipere enim eſt quandocumque accipere.* Item ex vltima epiſtola eiuſdem Synodi: *Omnis ergò Epiſcopus vel Presbyter, aut Diaconus conuictus quod per pecunias manus impoſitionem dederit, vel acceperit, & à Sacerdotio & à gradu decidat. Fortaſſis ante dicunt aliqui, quia pœnitentiam agemus pro peccato, & Dominus ignoſcet illud. Ita eſt, quia omnes agentes pœnitentiam Deus ſuſcipit, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam patrata ſunt.* Et infra; *Sed quia ſecundum Apoſtolum, irreprehenſibilis debet Sacerdos eſſe, qui per pecunias quemquam conſecrat, vel conſecratus eſt, alienus eſt à Sacerdotio, ſicut omnes Eccleſiæ ſcimus alumni ex canonicis diſciplinis eruditi.*

32. Item ex epiſtola Paſchalis Papę, Mediolanenſibus miſſa. Paſchalis Papa. *Si quis obiecerit, non conſecrationes, ſed res ipſas, quæ conſecratione proueniunt, vendi, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere. Nam cum corporalis Eccleſiæ Epiſcopus vel Abbas ſine rebus corporaliter exterioribus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore temporaliter viuit, quiſquis eorum alterum vendit, ſine quo alterum habere non prouenit, neutrum non venditum derelinquit. Quam tamen obiectionem ſacer Chalcedonenſis Canon penitus exterminat, cum procuratorem vel defenſorem Eccleſiæ, vel quemquam Eccleſiæ ſubiectum, adeo per pecunias ordinari prohibeat, vt interuentores quoque tanti ſceleris anathematis mucrone ſuccidat.*

33. Quid plura? Si anathematizati & excommunicati, vt & vere hæretici, Simoniaci, & Neophyti ab Eccleſia ſunt ſeparati, quis non videat, quod huiuſmodi ſacerdotium Miſſę & Orationes

Deum ad iracundiam super populum prouocent, quem talibus placari credebamus? Scriptum est enim: *Veri sacrificij locus extra Catholicam Ecclesiam non est*. Et item. *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita*. * Quandò ergò tales Episcopos, vel Abbates, vel reliquos Clericos non deuitamus, si eorum Missas audimus, vel cum eis oramus, cum illis excommunicationem subimus. Quos quidem sacerdotes esse saltem credere, omninò errare est, cum Petrus Simoni dicat: Act.8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri*. Vbi cum *existimasti* dicitur, non pro eo, quod fecerit, sed quia se posse facere credidit, condemnatur, cum minus sit existimare, quam credere. In hoc ergò quod subiungitur ibi, *non est tibi pars neque sors in sermone isto*, patenter ostenditur, quia nihil sacræ ordinationis in hac promotione percipitur.

Tit. 1.

* Quæ sequitur, caute legéda sũt, & cũ mica salis. Plura tamen ex his habet Gratian. tota 8 causa. Vide Hallierum de sacris electionib. & ordination. sect. 7 de simonia in ordinatione cauenda, c. 1. art. 2. §. 2 n. 8. & Mag. sent. in 4. d. 13. vbi S Tho. aliij Scholastici.

[a] Item ex registro B. Gregorij ad Syagrium Augustodunen. inter cætera. *Cur non perpenditur, cur non aduertitur, quia benedictio illi in maledictionem vertitur, qui ad hoc vt hæreticus fiat, promouetur?* Item idem in eodem. *Graue omninò & vltra quam dici potest facinus est, sanctum Spiritum qui omnia redemit, venundari*. Item [b] Ambrosius in Pastorali. *Nempe hoc est quod nimis doleo, quia Archiepiscopus eum per pecuniam aliquem Episcopum ordinare specialiter, ordinauit leprosum*. Item ibidem: *Quod accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit*. Item ibidem: *Aurum dans perdidisti, & sanctam gratiam non acquisiuisti*.

a Gregor. l. 7 ep. 112.
b Ambr. de dignit. Sacerd. c. 5. refertur 1. quæst. 1. c. cum ordinaretur.

34. [c] Cyprianus in epistola ad Cornelium: *Existimant aliqui summa & magna aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri, & Sacerdotes, id est, Dei dispensatores de eius sententia ordinari. Hoc est fidem non habere, qua viuimus, hoc est Deo honorem non dare. Sed de eius sententia non ordinantur Sacerdotes, qui extra Ecclesiam fiunt, sicut ipse Dominus*

Osee 8. *in duodecim Prophetis ponit & dicit: sibimetipsis Regem constituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquam*

Osee 9. *panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Et per*

Isaiæ 30. *Isaiam Spiritus sanctus clamat, & dicit: Væ vobis filij desertores, hæc dicit Dominus: habuistis consilium & non per me, & fecistis conuentionem non per spiritum meum, adijcere peccata super peccata.*

c Cyprian. lib. 1. ep. 3. cap. 2.

Hieronymus super duodecim Prophetas: *Odit Deus sacrificia*

Hieronymus. *hæreticorum, & à se proijcit, & quotiescumque sub nomine Domini fuerint congregati, detestabitur fœtorem eorum, & claudit nares*

suas:

Digitized by Google

ſuas: Odiſſe autem,& proij cere,& non odorare,humana loquitur conſuetudine, vt nos affectum Dei noſtris ſermonibus cognoſcamus. Et ſi holocauſta obtulerint, videantur ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, quæ holocauſta ſunt vera, non ea ſuſcipit Dominus. Non enim ſacrificiorum magnitudinem, ſed offerentium reſpicit voluntatem.

Pelagius Viatori & Pancratio inter cætera. *A Schiſmaticorum ſarcificijs,potius autem ſacrilegijs,abſtinere debetis.* Item in eadem epiſtola: *Non eſt Chriſti Corpus, quod Schiſmaticus conficit.Nec enim diuiſum eſſe Chriſtum poterit quiſpiam ſine Apoſtoli reprobatione confingere. Vnam, vt ſæpe dictum eſt, quæ Chriſti Corpus eſt, eſſe conſtat Eccleſiam, quæ in duo vel plura diuidi non poteſt. Similiter enim cum ab ea quiſquam diſceſſerit, eſſe deſiſtit in Eccleſia. Vnum in Ieruſalem templum eſt, idolis neceſſe eſt vt immolet, qui ſemetipſum diuiſerit.* Pelagius

Gregorius in Regiſtro: *Nos conſecrationem nullo modo dicere poſſumus, quæ ab excommunicatis hominibus eſt celebrata.* Greg. l. 3. ep. 20.

35. Hæc itaque tam patentia tamque manifeſta ſunt, vt dilucidari non egeant. Patentiſſime namque Symoniacorum ſacerdotium & ſacrificia irrita eſſe demonſtrant: quamuis quidam ſcripſerit, quod ſicut in baptiſmate Simoniacorum, ita & in eorundem ſacrificio virtus Spiritus ſancti cooperatur, ſcilicet vt non eiſdem ſit verum & ſalutare ſacrificium, ſed his, quibus exhibetur. Quod ex præmiſſis Patrum ſententijs apertiſſime refellitur, & maximè ex eo, quod dicitur: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes, qui ea comedunt, contaminabuntur.* Oſee Non enim exhibitio baptiſmatis, & ſacrificij Dominici Corporis, omnino ſimili ſibi collatione conferri valent. Nam neceſſitate vrgente omni baptizato conceditur baptizare, ſub fidei interrogatione, quod vtique conceſſum eſt propter eum, qui periculo mortis vrgetur, ne ſi tunc ad Sacerdotem, cum non affuerit, curratur, ſubitò non valeat inueniri, qui baptiſma miniſtret. Solis autem Sacerdotibus licitum eſt Dñicum Corpus conficere,quod quidē non baptizato ilico morituro neceſſariū non eſt. Baptiſma enim præcedit Dñici Corporis perceptionem, ideoq; neceſſarium eſt, vt per quemlibet baptizetur antequam Dñicum Corpus à morituro expetitur. Magis namque dolendū eſt quempiam abſq; baptiſmo humanis excedere,quam bapti-zatum abſque Euchariſtiæ communione;quamuis ſine vtroq;non ſaluetur,qui quidem vtrūq;poſſet ſumere. Nam qui dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non intrabit in regnum Dei*, idem dixit: *Niſi man-* Ioan 3.

Digitized by Google

manducaueritis panem Filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ideò autem dixi de potentia sumendi vtrumque, quoniam paruulus modonatus, modo renatus, non valet carnem Dominicam manducare, licet sanguinem eiusdem possit vix ori infusum deglutire. Nam quod dicitur: *Nisi manducaueritis*, de his qui manducare possunt, accipiendũ puto. Nemo enim, dicit de eo, qui manducare non potest, sed de eo, qui potest.

36. His ita decursis dicendum videtur hæresin Arrianorum, & Sabellianorum, & Macedonianorum, & Fotinianorum, atque omnem generalem hæresin à S. Dei Ecclesiæ impugnatione cessasse, & Deo pro eadem pugnante cessaturam, si qua deinceps existimatur oriri posse. Hæc verò, id est, Simoniacorum hæresis, quæ in initio nascentis Ecclesiæ aduersus eam statim arma corripuit, vsque in finem sæcul, iprout sibi Diabolus vexilliferos & sequaces inueniet, ad eiusdem probationem eandem impugnare non cessabit. *Oportet enim hæreses esse* vt ait B. Apostolus, *vt qui probati sunt, manifesti fiant*. Sed animaduertendum est, quod Christus Deus, qui suam Ecclesiam super fidei petram ædificandam promisit, primo omnium hæreticorum primum Apostolorum opposuit, videlicet vt sicut Ecclesia, id est, credentium multitudo, nouit se fidem Petri semper debere sequi, sic in perpetuum meminerit eiusdem nefariæ hæresis virosa & mortifera consortia fugere, in cuius capite constat omnium Christianorum Principem maledictionis iaculum intorsisse. Hæc cum ita sint, quicunque pro suo posse ab huius pestis impugnatione cessauerit, cum Simone & eius sequacibus portionem habebit, dicente beato Gregorio: *Quisquis contra Simoniacorum hæresim & Neophytorum pro officij sui loco vehementer non asserit, cum eo se non dubitet habere portionem, qui prius hoc piaculare flagitium commisit*.

1 Cor. 11

Gregor. lib. 9. ep. 64. & homil. 39. in Luc.

37. Sciendum est autem quod aliud est hæreticum esse, aliud schismaticum: hæreticus siquidem est, qui Catholicæ Ecclesiæ fidem relinquit, & sui vel alterius erroris viam sequi diligit. Item iuxta beatum Isidorum, *Qui sacram scripturam aliter interpretatur, quam flagitat sensus Spiritus sancti, per quem scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, hæreticus appellari potest*. Schismaticus verò est, qui quidem rectam se confiteri fidem simulat, sed sanctorum Patrum traditiones superbè contemnit, & se aliqua maleuolentia ab vnitate Ecclesiæ scindit.

Isidorus l. differ. lit. H.

Item iuxta S. Augustinum. *Hæreticus est, qui non sequitur Catholicam vnitatem. Schismaticus est, qui non amplectitur Catholicam pacem*.

August. l. 2. con. Cresconi. cap. 3. & 2 sqq.

Item

Item Papa Pelagius in ſuo Regeſto introducit B. Auguſtinum ita definientem ſchiſma in epiſtola ad Valerianum Patricium, inter cætera: *Vide vtrum Schiſmatici non ſint, qui ſe ab eminentiſſima & manifeſtiſsima auctoritate Apoſtolicarum Sediũ ſeparauerũt.*

Item idem Pelagius in Epiſtola ad Viatorem & Pancratium inducit Auguſtinum ita dicentem: *Qui aduerſum auctoritatem illarum Eccleſiarum, quæ Apoſtolicas Sedes & Epiſtolas accipere meruerunt, temere credit, immaniſſimum Schiſmatis crimen à ſe propulſare non poterit.*

38. Hæc cum ita ſint, ex ijs patet eos eſſe intra Eccleſiam, qui Apoſtolicarum Eccleſiarum auctoritatem ſequuntur; eos verò omnibus modis eſſe Schiſmaticos, qui contra præſcriptas auctoritates Apoſtolicarum Sedium, & ſanctorum Patrum plus quam CC. Pontifices in Eccleſia Dei ordinare nituntur.

Schiſmaticus verò, iuxta Antiochenum Concilium, *Si permanſerit turbas faciens & ſeditiones Eccleſiæ, per extraneas poteſtates tanquam ſeditioſus comprimendus eſt.* *Multa namque* (vt ait Auguſtinus) *etiam cum inuitis, benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt, quorum potius vtilitati conſulendum eſt, quam voluntati. Nam in corripiendo filio quamlibet aſpere, nunquam tamen amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolere ſanandus.* Concil. Antioch. Auguſt.

Item Pelagius Valeriano Patricio. *Non perſequitur, niſi qui ad malum cogit. Qui verò malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nam ſi vt quidam putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus ad bonum eſt, humanas ac diuinas leges neceſſe eſt euacuari, quæ & malis pœnam & bonis præmia, iuſtitia ſuadente, conſtituunt. Malum autem Schiſma eſt etiam per extraneas poteſtates opprimendum.* Pelagius

39. Itaque ſi, vt ex his patet, Schiſmatici per extraneas poteſtates ſunt opprimendi, numquid & Simoniaci ab eiſdem non ſunt opprimendi? Nunquid minus delinquunt. Immò magis. Nam ſi Chriſtus Dei Filius, & Spiritus eius & Patris per omnia æquales ſunt, Iudæus & Simoniacus, qui vtrumque vendunt, pares non erunt? Item cum ex præmiſſis auctoritatibus conſtet, Simoniacum Paraclitum emere, Iudæum verò liqueat Chriſtum emiſſe, nunquid conſtabit eoſdem malitia & merito pares habendos eſſe? Et quidem ita videtur.

Patet itaque Simoniacos veluti primos & præcipuos hęreticos ab omnibus fidelibus reſpuẽdos, & ſi commoniti non reſipuerint, etiam ab exteris poteſtatibus opprimendos. *Verendum quippe eſt,* ait Hæc habẽtur in ep. Anſel. num 5.

Digitized by Google

Gregor. ait Gregorius, *quemque pro ſuo officio & loco contra eoſdem vehemẽter non inardeſcere, eorumque deteſtando errori totis niſibus, non obuiare. Error namque*, vt ait Innocentius Papa, *cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas cum minime defenſatur, opprimitur.* Item idem: *Negligere quippe, cum poſſis, deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quam fouere.*

Innoc. vi ded. 83. c. error.

Auguſtinus: *Quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem quam Deum.*

Aug. ep. ad Caſu. lan.

Ambroſius: *Conſentire eſt, non ſolum ſcienter mala fieri permittere, ſed etiam malefacta non perſequi.*

Ambr.

Gregorius: *Qui non corrigit reſecanda, permittit.* Item in moralibus. *Plerunque quieti atque inconcuſſi relinquimur, ſi obuiare prauis pro iuſtitia non curamus. Sed ſi ad æternæ vitæ deſiderium animus exarſit, ſi verum lumen iam intrinſecus reſpicit, ſi in ſe flammam ſancti feruoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum cauſa exigit, debemus pro defenſione iuſtitiæ noſmetipſos obijcere, & peruerſis ad iniuſta prorumpentibus etiam cum ab eis non quærimur, obuiare. Nam cum iuſtitiam, quam nos amamus, in alijs feriunt, nos nihilominus ſua percuſſione confodiunt, etiamſi venerari videantur.*

Gregorius l. 7. epiſt. 6. Idem l. 23. c. 8.

39. Et quoniam à quibuſdam eorum ignorantia, à quibuſdam verò negligentia, ab aliquibus autem ſuperbiæ contumacia delinquitur, optimum eſt vt primum leuius mitiuſque cum eiſdem & cum Schiſmaticis agatur, & pro eis oretur, *ne forte*, ſicut ait Apoſtolus: *Deus tradat illos in reprobum ſenſum, ſed reſipiſcant à laqueis diaboli, à quibus alligati tenentur.* Quod ſi rationi non acquieuerint Simoniaci pariter & Schiſmatici, vt incurabilia membra ab Eccleſiæ corpore abſcindantur, & vt dictum eſt, ab exteris poteſtatibus opprimantur.

Rom. 1. 2 Tim. 2

Sciendum eſt Auguſtinum de omnibus hæreticis & Schiſmaticis ad quendam Petrum ſic ſcripſiſſe. *Firmiſsime tene & nullatenus dubita, omnem hæreticum & Schiſmaticum quamuis multas elecmoſynas faciat, vel etiam pro Chriſto ſanguinem fundat, cum diabolo & Angelis eius æterno igni mancipandum, niſi ante finem vitæ huius Catholicæ incorporetur & reintegretur Eccleſiæ.* Hactenus contra eos, qui dicunt Dei Eccleſiam & Pontificum eius ordinationem Regiæ poteſtati ſubiacere, contraque Simoniacorum ſacerdotium & ſacrificium ſatis dictum. Nunc reſtat de facultatibus Eccleſiæ dicere, quas ijdem contendunt ſub regia ditione manere.

Aug. ſeu Fulg. de fide c. 39

LIBER SECVNDVS S. ANSELMI

Contra eos, qui dicunt facultates Ecclesiæ sub regia ditione manere.

Canisius rectè dubius hæsitat, an Opusculum hoc sit pars præcedentis libri, an verò liber alter distinctus. Nos titulum illum ex fine præcedentis libri, & ex contentis in ipso libello præposuimus. Opus mancum & imperfectum videtur, vnde nõ immerito dixit Canisius: Vtrum nihil desideretur, non iniuria ambigas. *Antonius Augustinus vir doctissimus Arch. Tarraconen. (seu Antonius Augustinus alter, qui Parisijs opus recudi curauit) in tractatu de veteribus canonum Ecclesiasticorum collectoribus, quem præmisit secundæ parti epitomes veteris Iuris Pontificij cap.29.* breuem quandam canonum collectionem, seu potiùs tractatum quemdam peculiarẽ de facultatibus Ecclesiæ à sæcularibus non vsurpandis, ex scripturarum testimonijs, Concilijs, Romanisque Pontificibus concinnatum, *appellat*.

ALBINVS LIBRO II.

SVPER MATTHÆVM.

1 

NVENIT IESVS in templo vendentes boues & oues & columbas, & nummularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, ac mensas subuertit. Matt. 21 Ioan. 2.

Boues, oues & columbæ ad hoc emebantur, vt offerrentur in templo. Nummularij ad hoc sedebant ad mensas, vt inter emptores venditoresque hostiarum prompta esset pecuniæ taxatio. Videbantur ergò licitè vendi in templo, quia ad hoc emebantur, vt in eodem templo offerrentur Domino.

Digitized by Google

Sed nolens ipse Dominus aliquid in domo sua terrenæ negotiationis, ne eius quidem, quæ honesta putaretur, exhiberi, disputlit negotiatores iniustos, & foras simul omnes cum his, quæ negotiabantur, eiecit. Quid ergò fratres mei, quid putamus faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes in templo vidit, & eliminare festinauit?

2. Hæc propter illos diximus, qui Ecclesiam ingressi, non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerant, augent: insuper & arguentes se pro huiusmodi stultitia conuitijs odijsque, vel etiam detractionibus inequuntur, addentes videlicet peccata peccatis, & quasi funem longissimum sibi incauta eorum augmentatione texentes, nec timentes ex eo districti iudicis examinatione damnari. Nam bis quidem in sancto Euangelio legimus, quod veniens in templũ Dominus huiusmodi negotiatores eiecit, primùm videlicet, id est, tertio ante passionem suam anno, sicut ex Ioannis Euangelistæ sequentibus scriptis agnoscimus, & ipso, quo passus est anno, cum ante quinque dies Paschę sedens asino Ierosolymam venisset. Sed hoc idem in Templo iam Sanctæ Ecclesiæ, examine quotidianæ visitationis agere, omnis qui rectè sapit, intelligit.

3. Vnde multum tremenda sunt hæc, dilectissimi, & digno expauescenda timore, sedulaque præcauendum industria, ne veniens improuisus peruersum quid in nobis, vnde meritò flagellari ac de Ecclesia eijci debeamus, inueniat. Et maxime in illa quæ specialiter domus orationis vocatur, obseruandum, ne quid ineptum geramus, ne cum Corinthijs audiamus ab Apostolo, 1. Cor. 11. *Numquid domos non habetis*, ad agenda vel loquenda temporalia, *aut Ecclesiam Dei contemnitis*? Etiam à Propheta cum Iudæis, *dilectus meus in domo mea fecit scelera multa*. Ierem. 11.

4. Et quidem gaudendum est, quia ipsi sumus in Baptismo Templum Dei facti, testante Apostolo qui ait: *Templum, Dei sanctum est, quod estis vos*, ipsi ciuitas Regis magni, de qua dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, id est, fundamenta Ecclesiæ in soliditate fidei Apostolorum & Prophetarum. Sed nimis tremendum quia præmisit Apostolus dicens: *Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus*. Et ipse iudex iustus, *disperdam*, inquit, *de ciuitate Domini omnes, qui operantur iniquitatem*. Gaudete quia in nobis Paschæ solemnitas agitur cum de vitijs ad virtutes transire satagimus. Pascha quidem transi-

1. Corin. 3. Psal. 86. 2. Cor. 3 Ps. 100.

tus

tus dicitur. Gaudendum quia Dominus noſtra pectora, ciuitatem videlicet ſuam inuiſere, quia idem Paſcha noſtræ bonæ actionis præſentia ſuæ pietatis illuſtrare dignatur; ſed timendum ſatis ne nos in ciuitate ſua aliud, quam ipſe diligit, agentes inueniat, & ipſe ſe nobis qualem non diligimus, diſtrictus redditor oſtendat, ne nos in templo nummularios, nec venditores boum, ouium, columbarumue reperiens damnet.

5. Boues quippe doctrinam vitæ cæleſtis, oues opera munditiæ & pietatis, columbæ S. Spiritus deſignant, quia nimirum boum iuuamine ſolet ager exerceri: ager autem eſt Domini, cor cæleſti excultum doctrina, & ſuſcipiendis verbi Dei præparatum rite ſermonibus; oues innocenter ſua vellera veſtiendis hominibus præſtant, Spiritus ſuper Dominum in columbæ ſpecie deſcendit. Vendunt autem boues, qui verbum Euangelij non diuino amore, ſed terreni quæſtus intuitu audientibus impendunt, quales reprehendit Apoſtolus, quia Chriſtum annunciarent *non ſincere*. Philipp. 1. Vendunt oues, qui humanæ gratia laudis opera pietatis exercent, de quibus Dominus ait: *Quia receperunt mercedem ſuam*. Matth. 6 Vendunt columbas, qui acceptam Spiritus gratiam non *gratis*, vt præceptum eſt, ſed ad præmium dant, qui impoſitionem, qua Spiritus accipitur, etſi non ad quæſtum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorem tribuunt, qui ſacros ordines non ad vitæ meritum, ſed ad gratiam largiuntur. Matt. 10 Nummos mutuò dant in templo, qui non ſimulate cæleſtibus, ſed apertè terrenis rebus in Eccleſia deſeruiunt, ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti.

Verum huiuſmodi operarios fraudulentos quæ merces manet, oſtendit Dominus, cum facto de funiculis flagello, omnes eiecit de templo. Eijciuntur autem de parte ſortis Sanctorum, qui inter Sanctos poſiti, vel ficte bona, vel apertè faciunt opera mala. Oues quoque & boues eiecit, quia talium vitam pariter & doctrinam oſtendit eſſe reprobam.

Funiculi, quibus flagellando impios de templo expulit, incrementa ſunt actionum malarum, de quibus materia damnandi reprobos diſtricto iudici datur. Hinc etenim dicit Iſaias: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*. Iſai. 5. Et in Prouerbijs Salomon: *Iniquitates*, inquit, *ſuæ capiunt eum, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur*. Prou. 5. Qui enim peccata peccatis, pro quibus acrius damnetur, accumulat, quaſi funiculos, quibus ligetur ac flagelletur, paulatim augendo prolongat.

Nummulariorum quoque, quos expulerat, effudit æs, & menſas ſubuertit, quia damnatis in fine reprobis, etiam ipſarum, quas

1.Ioan.2 dilexere rerum tollet figuram, iuxta hoc quod ſcriptum eſt, *& mundus tranſiet & concupiſcentia eius*.

Ioan.2. 6 Et eis, qui columbas vendebant, dixit: *Auferte iſta hinc, nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*. Venditionem columbarum de templo auferre præcipit, quia Spiritus gratis accipi, gratis dari debet. Vnde Simon ille Magus, qui hunc pecu-
Act. 8. nia emere voluit, vt maiore pretio venderet, audiuit: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, non eſt tibi pars neque ſors in ſermone hoc*.

7. Notandum autem quia non ſoli venditores columbarum ſunt, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt, verum hi quoque, qui gradum vel gratiam in Eccleſia ſpiritualem, quam Deo largiente percepere, non ſimplici intentione, ſed cuiuslibet humanæ cauſa retributionis exercent,
1.Petr.4 contra illud Apoſtoli Petri: *Qui loquitur quaſi ſermones Dei, qui miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum*: Quicunque ergò tales ſunt, ſi nolint, veniente Domino, de Eccleſia auferri, auferant iſta de ſuis actibus, ne faciant domum Dei domũ negotiationis.

IN EODEM.

Zelo domus Patris Saluator eiecit impios de Templo.

8 ZElemus & nos fratres chariſſimi domum Dei, & quantum poſſumus, ne quid in ea prauum geratur, inſiſtamus. Si viderimus fratrem, qui ad domum Dei pertinet, ſuperbia tumidum, ſi detractionibus aſſuetum, ſi ebrietati ſeruientem, ſi luxuria eneruatum, ſi iracundia turbidum, ſi alij cuiquam vitio ſubſtratum, ſtudeamus in quantum facultas ſuppetit, caſtigare polluta, ac peruerſa corrigere, & ſi quid de talibus emendare nequimus, non ſine acerrimo mentis ſuſtinere dolore, & maximè in ipſa domo orationis, vbi Corpus Domini conſecratur, vbi Angelorum præſentia ſemper adeſſe non dubitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid quod noſtram, fraternamue orationem impediat, totis viribus agamus.

IN IOANNEM.

Ioan.8. *Ieſus autem inclinatus deorſum, digito ſcribebat in terrâ.*

9 PEr inclinationem IESV humilitas, per digitum, qui articulorum compoſitione flexibilis, ſubtilitas diſcretionis ex-

Digitized by Google

exprimitur. Porrò per terram, cor humanum, quod vel actionum malarum vel bonarum ſolet reddere fructus, oſtenditur. Poſtulatus ergò Dominus iudicare de peccatrice, non ſtatim dat iudicium, ſed priùs ſe inclinans deorſum, digito ſcribit in terra, ac ſic demum, quam obnixe rogatus, iudicat, nos videlicet typice inſtruens, vt cum quælibet proximorum errata conſpicimus, non hæc antea reprehendendo indicemus, quam ad conſcientiam noſtram humiliter reuerſi, digito eam diſcretionis ſolerter exſculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidue diſpliceat, ſedula examinatione dirimamus iuxta illud Apoſtoli: *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in Spiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum ne & tu tenteris.* Galat. 6.

10. Cum autem perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe & dixit eis: *Qui veſtrum ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat.* Quia hinc & ideò Domino Scribæ & Phariſæi tendebant laqueos inſidiarum, putantes eum vel immiſericordem futurum in iudicando, vel iniuſtum, præuidens ille dolos, quaſi fila tranſit aranex, & iudicium iuſtitiæ per omnia & manſuetudinem pietatis oſtendens. Ecce temperantia miſerandi: *Qui ſine peccato eſt veſtrum*, ecce iterum iuſtitia iudicandi, *primus in illam lapidem mittat.* Ac ſi dixiſſet, ſi Moyſes mandauit vobis mulierem huiuſmodi lapidare, videte, quia non hoc peccatores, ſed iuſtos facere præcepit. Primò vos ipſi iuſtitiam legis implete, & ſic innocentes manibus & mundo corde ad lapidandum ream concutite, primo ſpiritualia legis edicta, fidem, miſericordiam & charitatem perficite, & ſic ad carnalia iudicanda diuertite. Ioan. 8.

Dato autem iudicio, Dominus iterum ſe inclinans deorſum in terra ſcribebat. Et quidem iuxta morem conſuetudinis humanæ poteſt intelligi, quod ideò Dominus coram tentatoribus improbis inclinari & in terra ſcribere voluerit, vt alio vultum intendens, liberum daret eis exitum, quos ſua reſponſione perculſos citius exituros, quam plura interrogaturos preuiderat. Deniq; audientes, vnus poſt vnũ exibant, incipiẽtes à Senioribus.

11. Sed figuratè nos admonet in eo, quod & ante datam, & poſt datam ſententiam inclinans ſcripſit in terra, vt & prius quã peccantem proximum corripiamus, & poſtquam debitæ caſtigationis illi miniſterium reddiderimus, nos ipſos digna humilitatis inueſtigatione perpendamus, ne fortè aut eiſdem, quæ in ipſis reprehendimus, aut alijs quibuslibet ſimus facinoribus irretiti,

retiti, ſicut forte fieri potuit, vt ipſe qui homicidam reum mortis eſſe iudicauerit, ipſe in ſeipſo per odium fraternæ mortis eſſe reus ante oculum conditoris inueniatur. Similiter qui fornicationis crimen in fratre accuſat, in ſeipſo ſuperbiæ facinus non videat. Ideò iubetur iudex alieni criminis, digito diſcretionis in corde ſuo deſcribere, ne forte in ſeipſo reus inueniatur. Quid ergò nobis in huiuſmodi periculis remedij, quid reſtat ſalutis, niſi vt cum peccantem conſpicimus alium, mox inclinemur deorſum, id eſt, quàm deiecti ex noſtræ conditione fragilitatis ſimus, ſi non nos diuina pietas ſuſtentet, humiliter inſpiciamus, digito ſcribamus in terra, id eſt, diſcrimine ſolerti penſemus, an cum B. Iob dicere poſſimus: *Neque enim reprehendit nos cor noſtrum in omni vita noſtra?*

Iob 27.

Ex Decretis Stephani Papæ & Martyris.

12. VEſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe & honeſta, quibus in alijs vſibus nemo debet frui quam Eccleſiaſticis, & Deo dignis officijs, quia nec ab alijs debeat contingi aut ferri, niſi à ſacratis hominibus; ne vltio, quæ Balthaſar percuſſit, ſuper hæc tranſgredientibus & talia præſumentibus veniat Diuina, & corruere eos faciat ad ima. Hæc illis in partibus, quibus moraris, & in omnibus, quibus potueris, cunctis nota facito, & obſeruare Apoſtolica mandato auctoritate, quia & noſtri, nobiſque commiſſi in Sede Apoſtolica & vniuerſali Eccleſia omnes hæc obſeruare nunc & futuris temporibus, profeſſi ſunt.

Innocentius Papa Epiſcopis Apuliæ.

CAnones apud Nicæam conſtituti pœnitentes etiam ab infimis officijs Clericorum excludunt.

Ex Decretis Siricij Papæ.

13. ILlud nos quoque par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & poſt pœnitudinem ac reconciliationem nulli vnquam Laico liceat honorem Clericatus adipiſci, quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum inſtrumenta Sacramentorum ſuſcipere, qui dudum fuerint vaſa vitiorum.

Ex

Digitized by Google

Ex Decretis Leonis Papæ I.

NEc primum aut ſecundum aut tertium in Eccleſia gradum quiſque Laicorum quibuslibet ſuffragijs fultus aſcendat, priuſquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim nunc vtcunque patimur eſſe veniale, inultum poſtmodum eſſe non poterit, ſi quiſquam id, quod omninò interdicimus vſurpare præſumpſerit, quia remiſſio peccati non dat licentiam peccandi, neque quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit ampliùs impune committi.

Ex Concilio Toletano XII.

14. SI Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiſerit, ab officij honore depoſitus in monaſterium retrudatur, ibique tantummodò, quamdiu vixerit, communionem ſumat laicam.

Ex Canonibus Syluestri Papæ.

NVllus Lector vel Acolytus vaſa ſancta audeat tangere, & nullus Subdiaconus rem iam cõſecratam à Presbytero alij porrigat, quia aliud eſt miniſter, aliud aſſiſtens, niſi tantum ſubportet quod ei Sacerdos imponat, ſuo ore benedictum.

Ex eiſdem.

SI quis Clericatum promereri deſiderat, hoc iuſtum eſt, vt ſit Oſtiarius annum vnum, Lector annos XX. Exorciſta annos X. Acolytus annos quinque, Subdiaconus annos quinque, Diaconus annos quinque. Et ſic ad honorem Presbyterij accedat, & faciens in eo ordine annos ſex, ſi fuerit omnium votiua gratia, non præmio, non inuaſione cupiditatis, in vllum prorumpens gradum, ſic ab omni Eccleſia eligatur conſecrandus Epiſcopus, nullo de membris Eccleſiæ interdicente, & omni Eccleſia conueniente: *Et dixerunt Epiſcopi*, placet.

Innocentius Papa de temporibus morandi in Clero,

15. ITa ſanè, vt in eis tempora à maioribus conſtituta ſeruentur, ne citò quilibet Lector, citò Acolytus, citò Diaconus,

Digitized by Google

conus, citò Sacerdos fiat, quia in minoribus officijs si diù perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, vt ad Sacerdotium postea emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur.

Ex Decretis Zosimi Papæ.

HÆc autem singulis gradibus obseruanda sunt tempora, qui ab infantia Ecclesiasticis ministerijs nomen dederit, inter Lectores vsque ad vigesimum ætatis annum continuata obseruatione perduret: si maior iam & grandæuus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari, siue inter Lectores, siue inter Exorcistas quinquennio teneatur, exinde Acolytus, vel Subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem Diaconatus si meretur, accedat. Inquo ordine quinque annis si inculpatè se gesserit, hærere debebit, exinde suffragantibus stipendijs per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterij Sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, Summum Pontificatum sperare debebit, hac tamen lege seruata, vt neque bigamus, neque pœnitens ad hos gradus possit admitti, sanè cum etiam defensores Ecclesiæ, qui ex Laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericatus.

Sylvester in Synodo confirmante Nicænum Concilium, subscribentibus sibi CCLXXV. Episcopis.

16. COmmoneo autem omnes vestrum consortes vnanimiter de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fieri, quota pars exigatur. Habeat autem Ecclesia vnam partem ad se relegandam, Pontifex vnam, & aliam pauperes vel peregrini, Presbyteri quartam & Diaconi cum reliquo Clero, omnibus autem ipso Pontifice dispensante. Constituo etiam & hunc ordinem, vt si quis de Clero vel Presbyteris vniuersorum locorum, quod commune est, transierit de hoc mundo, si neminem de sua generositate habeat consortem, quidquid paupertas eius habeat, conferat Ecclesiæ, & partes fiant, sicut supradictum est.

Huic etiam Synodo Synodus Nicæna vicissim subscripsit, & eam approbauit, teste Leone Nono in epistola ad Michaelem, & Leonem Episcopos. Vbi introducens primum caput huius Con-

Digitized by Google

Concilij ita loquitur de Apoſtolica Sede. *Illi nempè facitis præiudicium, de quo nec vobis, nec cuilibet mortalium licèt facere iudicium, beatiſſimo & Apoſtolico Pontifice Syluestro diuinitus decernente, ſpiritualique eius filio Conſtantino religioſiſſimo Auguſto, vniuerſa Synodo Nicæna approbante ac ſubſcribente, vt ſumma Sedes à nemine iudicetur.*

Ex Decreto Alexandri Papæ.

17. CVm ſacrorum Canonum authoritas quatuor ex rebus Eccleſiæ iubeat fieri portiones, quarum vna pauperibus, altera fabricis Eccleſiarum ſit impendenda; tertia Epiſcopo: quarta Clericis ſit conferenda; ſicut pauperibus & Eccleſijs ſingulæ partes ſunt concedendæ, ita quoque reliquæ partes neque ab Epiſcopo vel Clero emendæ ſunt vel vendendæ, ſed eis pro Euangelij annunciatione, & pro officij ſui labore eodem modo conferendæ.

Et Decretis Gelasij Papæ.

18. QVatuor autem tam de reditu, quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet Eccleſiæ facultas admittit, ſicut dudum rationabiliter eſt decretum, conuenientes fieri debent portiones: quarum ſit vna Pontificis, altera Clericorum, pauperũ tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, ſicut Sacerdotis intererit, integram miniſtris Eccleſiæ memoratam impendere quantitatem, ſic Clerus vltra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Ea verò, quæ Eccleſiaſticis ædificijs attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum, quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum Præſul impendia his deſignata conuertat. Ipſam nihilominus aſcriptam pauperibus portionem quamuis diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus etiam videatur, tamen iuxta quod ſcriptũ eſt: *vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt*, oportet etiam preſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Matth. 5

Ex Concilio Moguntino, cui præſedit Bonifacius Archiepiſcopus & Martyr auctoritate Zachariæ Papæ.
Cap. X.

19. ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decima, nec aliqua poſſeſsione priuentur, ita vt nouis oratorijs tribuatur:

Digitized by Google

Ex eodem. Cap. XLI.

QVicunque beneficium Ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adjuuent, & nonam decimam reddant.

Ex *Concilio Aquilegiensi. Cap. III.*

20. VT nulli Presbytero in alio loco baptisma liceat celebrare, nisi in eodem loco, vbi semper baptisteria antiquitus fuerunt.

Ex eodem Concilio, Cap. III.

DEcimæ, quæ à fideli populo dantur, in Ecclesijs Baptismalibus inferantur, & Presbyteri, qui in eadem plebe ordinati sunt, cum omni sollicitudine curam habeant de Christianitatis causa in populo sibi commisso, & populus suas decimas suis Presbyteris offerat, & Presbyteri diuidant eas in quatuor partes, sicut antiqua Patrum Regula continetur, vnam tibi, vnam Clericis, vnam pauperibus, vnam ad instaurationem, seu luminaria, vel incensum Ecclesiarum. Et hoc statuimus, vt prædicti Presbyteri habeant iuxta suam Ecclesiam, aut infra suam cellam locum constitutum, vbi quarta, quam pauperibus dari docuimus, inferatur.

Ex Regesto Leonis Papæ Quarti.

21. DE decimis iusto ordine non tantum nobis, sed maioribus visum est, à plebibus tantum vbi sacrosancta dantur baptismata, dari debere.

Gelasius Papa Maximo & Eusebio Episcopis.

LIcet regulis contineatur antiquis, parochias vnicuique Ecclesiæ pristina dispositione deputatas, nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente, vbique vniuersalis confusio nasceretur, iam in Decretis nostris ante non multum temporis destinatis, omnia iussimus, quæ taliter fuerunt inuasa, restitui. Sed quia temeritas peruadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea, quæ inter fratrem, & Coepiscopum nostrum Constantinum Camiscanæ Ecclesiæ Sacerdotem, & directos ab Anconitano Pontifice decreuimus per vos imple-

Digitized by Google

impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cogitationibus, quæ ſit ſequenda, præſcripſimus. Nulla igitur præſumptione ſtatum Parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate durauit, patimur immutari, quia neque negligentia Pontificis, neque temporalis abiectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignauia faciente conſenſus, nec ſurripiente ſupplicatione præceptio diuellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam, ex qua ſemper ad regenerationem atque conſignationem plebs deuota conſiſtit.

Idem Iuſtino Archidiacono & Fauſto: de rebus Eccleſiæ in quatuor partes diuidendis.

22. VObis & famæ veſtræ conſultum duximus, vt Pontificis veſtri loco vobiſcum ab eodem aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat, quatenus omnia prædia ad veſtrum reuocetis ſtudium, ne cuiquam Clerico pro portione ſua ſolum aliquod Eccleſiæ putetis eſſe deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, ſed omnem penſionis ſummam ex omnibus prædijs ruſticis vrbaniſque collectam ad Antiſtitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quod ad cauſas vel expenſas accedentium neceſſitatum opus eſſe perſpicitur, vt de medio ſequeſtretur, & quartæ portiones, vel fidelium oblationes de hac fiant modis omnibus penſione, ita vt vnam ſibi tollat Antiſtes, aliam Clericus pro ſuo iudicio & electione diſpertiat, tertiam pauperibus ſub omnium conſcientia faciat erogari. Fabricis verò quod competit ad ordinationem Pontificis erogatione veſtra decernimus pendendum. Si quid forte ab annua remanebit expenſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode, condatur in thecis, vt ſi maior emerſerit fabrica, ſint ſubſidio, quæ diuerſi temporis diligentia potuerint cuſtodiri, aut certe ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat communes.

Ex Concilio Aureliano. Cap. VII.

23. OMnia, quæ Deo offeruntur, conſecrata habeantur, in vineis, terris, ſyluis, vtenſilibus, veſtimentis, pecoribus, & reliquis poſſeſſionibus, vt quæ Eccleſijs, ſine dubio Chriſto, qui ſponſus earum eſt, offeruntur.

De eadem re: ex Concilio Rotomagenſi. Cap. III.

OMnes decimæ terræ ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Boues & oues & capræ,

capræ, quæ sub Pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus vt secundum Domini nostri præceptum admoneantur semel & tertiò: si non emendauerint, anathematis vinculo constringantur vsque ad satisfactionem & emendationem congruam.

De Concilio Cabalionensi. Cap. XVIII.

24. QVesti sunt præterea quidam fratres, quod essent aliqui Episcopi & Abbates, qui decimas non sinerent dare ad Ecclesias, vbi illi coloni missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste Conuentus, vt Episcopi & Abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant, familiæ verò ibi dent decimas suas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ex Concilio Toletano. Cap. XXXVI.

DE his autem, quæ altaribus offeruntur, quarta pars fideliter Episcopis deferatur; duæ Clericis, decimæ autem secundum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto totam Episcopi recipiant, decernimus.

Ex Concilio Mogontiacensi. Cap. VIII.

QVatuor partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent, vt vna sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum seruetur.

Ex Concilio Agrippinensi.

ITem quod decima, quæ a fidelibus datur, Dei census nuncupanda est, & ideò ex integro reddenda. Cuius tertia pars secundum Canonem Toletanum, Episcoporum esse debet. Nos verò hac potestate vti nolumus, sed tantum singulis annis quartam partem, vsu Romanorum Pontificum, & obseruantia Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosius inde repertus fuerit, siue Clericus siue Laicus ille sit, communione priuabitur, & Synodali censura iudicabitur.

Finis Apologetici.

PRÆ-

Digitized by Google

PRAEMONITIO

ad sequentia Opuscula.

DVo nobis desunt sanctissimi viri Opuscula, commentarij scilicet in Threnos Ieremiæ, & in Psalmos Dauidis, quorum postremos morte præuentus complere non poterat. Etsi à nobis diligenter perquisitos, hactenus reperire non potuimus: si aliquandò apparuerint, auctiori dabimus editione. Interim laboramus circa collectionem canonum, quam libris tredecim Anselmus absoluit, & *Anselmi Decretum* quidam appellant. Eam suis numeris absolutam à mendis & erroribus expurgatam, notisque, vbi oportuerit, illustratam, Deo propitiante, aliquando in lucem proferemus.

Quæ vero sequuntur Opuscula, Arnoldus Vvion tribuit S. Anselmo, eaque extare, & Anselmo adscribi in codicibus prægrandibus membraneis Bibliothecæ cænobij S. Benedicti Mantuani testatur Possecuimus. Eminentiss. Dominus Franciscus Cardinalis Barbarinus, Benedictini Ordinis Protector, pro sua erga me veteri ac peculiari benignitate, atque innata in omnes bonarum litterarum cultores benefica propensione, curauit inde fide integra hoc exemplar transmitti. Atqui illa eloquio humiliora, quam quę tanti viri præferant grauitatem, alicui videbuntur. Veruntamen coniecturæ, quæ ex styli varietate efformari solent, leues frequenter apparent & fallaces; quippè manifestum est, non eundem in vniuersis operibus suis sermonem, methodumque seruare sacros Doctores, præsertim

Vvion in notis ad diem 18. Martij.

Possen. in Appar.

ſertim eos, qui præter doctrinæ excellentiam, vitæ addunt ſanctitatem, & pietatis igniculis incenſi frequenter feruntur in Deum. Dei verbis alios quandoque grauius reprehendunt: ſuis precibus aliquando Deum humilius pro ſe interpellant. Pro rei & argumenti varietate, modo extollunt, modo deprimuut ſermonem, nec eodem vocis tenore agendum iudicant cum Eccleſiæ perſecutore, & cum mundi conditore. Spiritus intus alit humiles cordis cogitationes, & foris edit lenes vocis ſuſurros, in conſpectu illius, pro cuius honore in ſpiritu vehementi plerumque clamant, & quaſi tuba exaltant vocem ſuam, annunciantes populo ſcelera eorum, & domibus Principum peccata eorum. Cum quo quis loquitur, & de qua re agitur, expendendum, adeoque temperandi ſermones, vt vndequaque conueniant. Anſelmus modo cum Henrico tyranno in acie pugnat, modo contra Schiſmaticos ſcriptis tonat: attamen in cubiculi penetralibus *diuinum ſemper aliquid intus agitabat, & contemplabatur caleſtia*, quæ reuerenti deinde promebat eloquio. Nihil ergo mirum ſi grauiter doceat, & humiliter oret; ſi ſacras Scripturas in tyrannos acriter contorqueat, & Diuina myſteria humiliatæ mentis meditetur affectu. *Multos libellos proprijs manibus conſcripſiſſe*, vitæ author recenſet. Quid ſi inter illos iſti? Certe in ipſa illa domo, in qua vitam monaſticam, & contemplatiuam profeſſus eſt, omnes iſti, qui ſequuntur, contemplationum libelli, præfixo ad ſingulos eius nomine, diligenter conſeruantur. Liceat itaque præcedentibus opuſculis iſta ſubtexere, ſaltem ne pereant.

In vita num. 30.

Ibid. numer. 25.

A N-

Digitized by Google

ANSELMI EPISCOPI
MEDITATIO
In Orationem Dominicam.

1 PATER *noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum, &c.* O ſumma clementia, O ineffabilis benignitas. O mira dignatio. O longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum charitatis diuinæ. Viliſſimum lutum ſum, deteſtabilis ſanies, nequiſſima creatura, & tamen Deus Deorum, Rex Regum, & Dominus dominantium ſe meum patrem dicit. *Cum oratis*, inquit, *dicite*: *Pater noſter, &c.* Ex quo hoc dicit ipſa veritas, veriſſimum eſt. Et ſcio quod plus ſine comparatione me diligit, quam pater carnalis, vel mater; imò quàm ego ipſe. De tanto ergo patre eleuabitur cor meum vt aquila, & iam huius cæli inferiora contemnam. Quid vltrà mihi de terrenis honoribus, qui ſum filius Dei? Maius dedecus eſſet mihi appetere quantumcumque magnum honorem terrenum, quàm filium Imperatoris appetere latrinæ officium. Quid vltrà mihi de terrenis diuitijs, qui regni æterni ſum hæres? Ignominioſius eſſet mihi de quantuncumque magnis diuitijs terrenis curare, quàm primogenitum Imperatoris de ſimo equorum ſuorum. Quid vltra mihi de delitijs carnalibus, & terrenis quantuncumque magnis? Deteſtabiliùs eſſet mihi filio Regis ſummi affici in quantuncumque allectiua creatura, quàm filium Imperatoris in ſanie fætidiſſima. Quid bonum, quid pulchrum, quid vtile, quid deſiderabile me allicere poteſt, qui hæres ſum fontis omnis pietatis, & boni? Omnia reſpectu illius non ſunt niſi quædam ſimilitudo, & vmbra. Accedam ergo ad patrem meum, qui nihil aliud vult, niſi vt habeam eum. Nunquid ergo negligens ero? Nunquid pauſabo? Nunquid alijs intentus ero? Certè cum impetu, omnibus poſtpoſitis, curram ad eum. Sufficit mihi ſi habeo patrem meum, & ideò toto corde tendam in eum. Non aſpiciam, non aliud videbo niſi Deum meum, quia oculus mentis mea totus tendit in illum, quia nimis allexit animum meum. *Pater noſter*. O mel, & fauum in ore meo, cum te Deum meum, patrem meum vo-

voco. O dulcedo indicibilis. O iucunditas inæstimabilis. O iubilatio ineffabilis, cum audeo te patrem vocare. O exultatio. O admiratio. O medullaris modulatio. Quia pater meus es tu. Quid vltrà prætendam? Quid vltrà dicam? Quid vltrà petam? Pater meus es tu.

2. Sed vbi es, pater mi? vbi es, si vbique es? immò quia vbique, quomodo cælum tibi sedes est? Sed ideo benignissimè Domine vis vt dicamus: *Pater noster, qui es in cælis*. Vt nos à terrenis ad cælestia eleues, vbi maximè tua potentia, sapientia, & bonitas eluceſcit, vt ibi, mi pater sit semper tecum conuersio & conuersatio nostra; vt à te cælestia, non terrena petamus. Aut certè vt nos spirituales cæli facti in nobis sit habitatio tua. Quid ergo nos tardabit? Quid nos retrahet? Quid impedimenta parabit; quin cælestem, non terrenam vitam ducamus; vt in nobis sit habitatio tua? O digna admiratio, mira dignatio, & digniſſima habitatio Christi in nobis. Ego fædissimus fimus, & abominabilis peccatorum latrina, valeo esse ex immensa Dei mei clementia tabernaculum eius. Et qui sum plenus sanie, & fætore; ero sanctum Dei templum, sapientiæ sedes, & habitaculum Spiritus sancti. O felix dies. O beata hora cum talem hospitem possidebo. Tenebo eum, nec dimittam eum, donec introducam eum; imo ipse introducat me in domum illius, quæ sursum est Ierusalem, matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: scilicet in intimam contemplationis quietem, vbi cubant, vbi quiescunt animæ delicatæ.

3. *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, &c.* O quàm benè sequitur, quàm optimè continuatur, quàm elegantissimè ordinatur petitio ad prædicta, scilicet, *sanctificetur nomen tuum* ad *Pater noster, qui es in cælis*, quia filialis deuotio, cælestis contemplatio totum animum reuerentis filij conuertit in patrem cælestem, vt clamet, & dicat: *sanctificetur nomen tuum*, quasi dicat, non terrenas diuitias, delicias, & honores peto; sed vt sim in te totus conuersus, sim totus diuinus, *Sanctificetur nomen tuum*, vt scilicet pars mea rationabilis tua sapientia illustrata, omni errore, & ambiguitate, & tenebrositate purgata, habeat sanctissimam, ideſt purissimam notitiam tui.

4. *Adueniat Regnum tuum*, vt mea irascibilis, tua potentia roborata, ad sublimitatem tui regni conscendat. *Fiat voluntas tua*, vt mea concupiscibilis, tua bonitate dulcorata, immo tua charitate perfecta plenè tuo beneplacito quiescat, vt ex vera dilectionis amicitia sit idem velle & nolle. Vel *sanctificetur no-*

men

Digitized by Goo

men tuum, quantum ad puram notitiam intellectus. *Adueniat Regnum tuum*; quantum ad feruens desiderium affectus.

5. *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*. Quantum ad perfectum obsequium effectus. Sanctificetur ergo in nobis nomen tuum, quod ab æterno sanctissimum est, vt quidquid videmus, quidquid audimus, quidquid intelligimus, & sentimus, totum ad sanctissimi tui nominis notitiam ordinemus. Vt sic in nobis nomen tuum sanctum sit, sine terra, & purum; vt excussi, & purgati ab omni curiositate, & vanitate, & omni inutili phantasia te solum in omnibus agnoscamus semper, pijssime, & sanctissime Pater; mentis nostræ oculus ad te lumen æternum inceſſabiliter dirigatur, semper te, qui in omnibus, & à quo omnia sunt, in omnibus te intuear, in omnibus te agnoscam. O quàm dulce lumen, & delectabile à te sole iustitiæ numquam mentis intuitum amouere. O quam dulcis, quam amabilis, quam admirabilis oculis nostris tuorum claritas radiorum. *Sanctificetur*, ergo *nomen tuum*. *Adueniat regnum tuum*. Nunc Domine Deus regnum huius mundi occupauit animam meam, imò totam dissipauit, totam lacerauit, totam fœdauit, totam denigrauit, sponsam tuam dilectam, animam meam, totum cor meum, totum animum meum, totum affectum meum vanitas, imò fœditas huius mundi. Ideo non nisi quæ mundi sunt, sentio, quæ carnis sunt, appeto, & sola terrena cogito, & affecto. Factus sum huius mundi cinis, & sub huius mundi Principe solicitè studeo militare. Sed Domine nonne creatura tua sum? ergo adueniat regnum tuum, vt Princeps huius mundi eijciatur foras, tu solus in me regnes, tu solus inhabites mentem meam, totum me occupet Regnum tuum, totum sibi vendicet desiderium meum, solus reficias affectum meum. Quid quæro? Quid volo? Quid desidero? Quo vagor? Quo discurro? cur distrahor? Sufficit mihi Domine Regnum tuum, ergo *Adueniat regnum tuum*. Nihil de cætero cogitem, nihil desiderem, nihil affectem, nisi regnum tuum; sit ibi refectio mea, sit ibi habitatio mea, sit ibi tota conuersatio mea. Tu solus bonus, tu solus pulcher, tu solus amabilis, tu solus desiderabilis animarum amator: Tu solus me regas, tu solus me dirigas, tu solus me allicias, tu solus totum cor meum habeas animarum zelator. In te solum pectus meum dulcoretur, in te solum quiescat cor meum; totum repleas animum meum; cum impetu ascendam ad te centrum & regnum omnium animarum, ergo *adueniat regnum tuum*, *fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*. Hoc vo-

Digitized by Google

lo, hoc deſidero, hoc totis animi viſceribus concupiſco, vt in me, de me, & pro me non mea, ſed tua fiat voluntas; totus tuus ſim, totus in tuum ſolùm tendam honorem. Ad hoc factus ſum, ad hoc natus ſum, vt ſolum tuum requiram honorem. Iam non flectar ad meum appetitum, iam non proprium requiram commodum, iam non conſiderem amicorum affectum, non cogitem quid amarum, vel dulce; honorificum vel vile, ſed ſolùm nitar in omnibus tuum beneplacitum adimplere, difficile, vel leue; aſperum, vel ſuaue; ſed cum impetu, & deſiderio feruenti, & animi anxietate curem perficere, quæ tuæ voluntati ſunt placita. Hoc ſolum mihi ſuaue, hoc ſolum mihi ſit iucundum, hoc ſolum mihi leue, hoc delectabile, & amabile in quantumcumque aſperis, difficilibus, & amaris, tuam requiram perficere voluntatem. O gaudium, & iucunditas, & exultatio medullaris, totum, & totaliter, ſemper, & vbique exponere me ad omnem tuum honorem, quem poſſim modo aliquo effectui mancipare. O vtinam ſolus poſſem omnia tua miniſteria, mi Domine, adimplere. Magis gaudeo, magis approbo, amplius totis artubus & viſceribus concupiſco me totum impendere tuo honori, me diuinæ tuæ ſatisfacere voluntati, quam, & quantuncumque cæleſtibus, & diuinis delitijs iucundari. Si enim pro te, mi Domine, totaliter lacerer, & paſſiones, & mortes quaſcumque ad tuum honorem reciperem, de eis magis gauderem, quam de quacumque delectatione, quàm etiam in patria habere poſſem, niſi fortaſſe in illa delectatione tantum, aut plùs cederet ad tui honorem; & hoc etiam non ratione delectationis, ſed ratione tui honoris optarem; non enim factus ſum ad meam vanitatem conſolandam, ſed ad tuam magnificentiam honorandam. Quid mihi maius? Quid mihi dulcius? Quid mihi amabilius quàm totum in tuum honorem reſolui? O gaudium. O tripudium, omne mihi iubilare ſolatium, quod poſſim aliquid quantacumque difficultate facere ad tuum honorem. Hoc eſt Angelorum gaudium, cæleſte deſiderium, patriæ præmium, poſſe tibi totaliter obſequi, totaliter in te ferri, tuæ voluntati plenariè conformari, & tuum honorem, & magnificentiam admirari. Non dubito, imò certus ſum, quod plus gaudent Angeli, & animæ ſanctæ de magnificentia tui honoris, quàm de magnificentia gloriæ ſuæ. Et ideò *fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra*: *In cælo*, ſcilicet in cæleſtibus ſpiritibus. *Et in terra*, ſcilicet in nobis hominibus, ſcilicet tuæ voluntati adeò libenter, & feruenter, & vo-

Digitized by Google

voluntariè obſequamur. Et tuæ voluntati totaliter conformemur ſecundum poſſibilitatem noſtræ virtutis.

5. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. O quàm bene ordinat, quàm eleganter coniungit hæc verba præmiſſis. Et quamuis de pane materiali & ſpirituali poſſit exponi, de ſacramentali tamen pane maximè exponamus ad præſens. Et vt dixi, hic in Deo eſt egregius ordo. Quis adeò dignus eſt, quis adeo humilis eſt ad ſuſceptionem huius ſacramenti ad offerendum Filium Deo Patri, vt ille, qui, ſicut ſupradictum eſt, ſe totaliter in Deum ordinauit quantum ad intellectum, affectum, & effectum, qui ſe totum Deo obtulit, totum ſe ſacrificio concremauit, qui in ſe annihilatus eſt, & totus in Deum illatus eſt, qui iam non quæ ſua ſunt, quærit, ſed quæ Ieſu Chriſti? Ille verò in hoc ſacrificio poteſt Ieſum Chriſtum recipere, Ieſum Chriſtum rogare, Ieſum Chriſtum pro ſe, & alijs Deo offerre. Et ideò petitioni iſti verus Magiſter præpoſuit: *Sanctificetur nomen tuum, &c.* & optimè ſubiungit, & illis verbis coniungit *Panem noſtrum, &c.* Qui ex Ægypto peccatorum exiuit, ibi *ſanctificetur nomen tuum*, & mare rubrum inundantium tempeſtatum ſubmerſis Ægyptijs ſicco pede tranſiuit; ibi *Adueniat regnum tuum*, & in deſerto contemplationis ſoli Deo intendit, & ſe totum Deo dedicauit; ibi *fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra*. Iam in hoc deſerto eſuriens, manna, ſcilicet panem cęleſtem, à cęleſti patre requirit; ibi *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Qui etiam in Ægypto aliquando ſuper ollas carnium ſedit, nec illis ſpretis ſolum panem viuum, qui de cælo deſcendit, exquirit, poſtulat, & acquirit. O inaudita Chriſti dignatio. O mira iubilatio mentis, Deus meus, ſponſus meus, amor meus, factus eſt cibus meus. Sanctorum præmium, Angelorum gaudium, Dei Patris verbum eſt nutrimentum meum. Lux mundi, Sol cæli, ſapientia Dei, eſt refectio mei animi. Proles Virginea redemptio humana, cæli gloria, facta eſt cibatio mea. Quid vltrà affecto? Quid vltrà me allicere poteſt? Abſit à me Domine, vt ex quo cor meum habet tam nobilem cibum, quod circa aliud in toto mundo afficiatur. Quomodo obſecro poſt tam nobiliſſimum, & ſufficientiſſimum, & ſuauiſſimum, & dulciſſimum cibum poteſt cor meum circa vana, turpia, & immunda delectari? Quomodo obſecro poteſt cor meum ad momentum ab illo cibo nobiliſſimo ſeparari? Et ſi ſemper non poſſum ipſum ſacramentaliter ſumere, ſaltem cor meum ipſum ſpiritualiter non deſinat ruminare. In veritate mirum & pluſquam mirum vide-

Digitized by Google

tur quanto præ dulcore, & nimio ardoris feruore cor non deficit in hoc cibo. Tu ſolus, bone Ieſu, ſis cibus meus, & refectio mea; te ſolùm eſuriam, te auidè, & inſatiabili appetitu comedam, & ſemper famelicus ſim tui. Quid te dulcius? Quid te ſuauius? Quid te amabilius bone Ieſu? Te ſolum volo comedere, te ſolum cupio maſticare. Tu mihi ſemper dulceſcas in corde. Solus odor tuus deberet reficere totum mundum, quanto magis cibatio tua. Si in verbo, quod procedit ex ore tuo reficimur, & viuimus, quid erit te ipſum verbum æternum, ore recipere, & cordis dentibus maſticare? Quomodo non ſic cor meum delectatur in te, vt omnia obliuiſcatur præter te? Si aliquid terrenum imò ſimilitudo terreni, tantum aliquando cor meum occupat, vt aliarum rerum obliuiſcar; quomodo tua veriſſima præſentia non me tantum reficit, & inebriat, vt totius mundi obliuiſcar, & etiã mei? Hunc ergo Pater cæleſtis panem quotidianum hodie nobis concede. Sed *hodie* Domine Deus da nobis hunc panem, vt in præſenti, & ſemper præſentialiter habeamus. Sit ſemper præſens ſpiritualiter ſaltem hic cibus, vt numquam ſciat præteritum, vel futurum. Sed *hodie* dicit bonus Ieſus, vt dicamus. Cur quæſo tantum feſtinas eſſe nobiſcum? Quare non differs vſque cras, quid enim in nobis vides? Quid in nobis ſentis, quid in nobis agnoſcis, quod tantum es noſtro inebriatus amore? Quid nobiſcum lucraris? Quid in nobis reperis? Quem fructum de nobis habebis, quod neſcis tardare? Si ſic amor noſtri te vrget vt differre nequeas, quin ſtatim velis eſſe nobiſcum, cum quibus nullum habes lucrum: nos autem qui ſumus fœtidiſſima ſanies, & indigni, etiam tua creatura quantumcunque viliſſima nominari, quomodo differimus ex quo tantum hoc deſideras, eſſe tecum, cum te ſummum bonum, ſine macula ſpeculum, Angelorum ſolatium impetremus. Tu ergo bone Ieſu differre non vis vt oſtendis; nec nos amplius differre volumus. Hodie ergo te petimus, vt hodie habeamus. Non enim caſſa eſt inſtructio tua, ſed eſſet ſi peteremus, & non impetraremus. Quia ergo te ſtatim petimus, & deſideramus, & hoc ipſum tu cupis, accede ad cor noſtrum; quia ad te aſcendit cor noſtrum. Tu enim inebriatus es noſtri, & nos tui amore. Te ergo ad nos, & nos ad te, cum impetu ducis ò põdus amoris, & iam omni mora ſublata mutuus ſit amplexus, & inter tua brachia deficit anima mea abſorpta amoris feruore. Cum enim ſenſi amplexum tuum exradicaſti animum meum; primò cibaſti, deinde inebriaſti, tandem tuis amplexibus, & oſculis ſoporaſti animam meam, & in tuis brachijs re-

Digitized by Google

requieſcit. Non eam, quamuis indignam, abijcis. Non eam refugis, ſed ad te ſtringens clamas, & dicis: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem ne ſuſcitetis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Cant. 2.

6. Sed adhuc admiror clementiam tuam bone Ieſu. Quare dixiſti *Quotidianum*? Nunquid vis quotidie cibus noſter eſſe? Nonne ſufficit tibi, ſi per vnam diem in nobis habitas, & moraris nobiſcum? Quare ſemper vis eſſe nobiſcum? Quid fecimus tibi? Quid dicam de tanta beneuolentia ne ſcio; quia in illis theſauris clementiæ deficit animus meus, vt non poſſit paruam conſiderare ſcintillam, tanta eſt abyſſus eis, & ideo nihil ſcio dicere, niſi ex quo ſic ſemper vis eſſe nobiſcum, nos omni tempore ſimus tecum, & nunquam à te ſponſo benigniſſimo, cibo ſuauiſſimo recedamus. Ita Domine nos tuo amore, & deuotione glutines tecum, vt nec à te poſsimus recedere, nec velimus. Sic ergo *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, &c.*

7. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus, &c.* O bone Ieſu, nobiliſſimum cibum nobis indignis ſeruulis tuis benigniſſimè, & inſtantiſſimè obtuliſti. Sed quid? Timeo ad conuiuium Heſter Reginæ, vt Aman, inuitari, etſi illa, bone Ieſu non ſit intentio tua, tamen timeo. Quid ergo? conuiuium opulentiſſimum paratum eſt. Nuncij ſcilicet Angeli ſancti mihi inſtant; eſuries me excitat, & compellit; tamen accedere non præſumo, quia peccaui. Quid ergo faciam? anguſtiæ mihi ſunt vndique. Sed certe quid eligam ſcio. Ibo enim ad patrem meum cæleſtem, de quo ſupradictum eſt: *Pater noſter, qui es in cælis,* & dicam, *pater peccaui in Cælum, & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis*, ſcilicet, *dimitte nobis debita noſtra.* Sed ò fœlix recognitio culpæ, quę promeretur patris amplexus. Forte amoris feruore inter amplexus eius diſſoluar & mutabor in virum alium, & aliqualiter comedere potero de vitulo ſaginato. *Dimitte ergo nobis debita noſtra.* O mira Dei noſtri erga nos dignatio; ipſum contempſimus, & pro viliſſima ſanie commutauimus; & tamen nobis ſuadet, vt veniam petamus, quia vult nobis debita dimittere cum offenſis. Hoc autem noluit Angelis elargiri. Quomodo quæſo, bone Domine, potes amplius nos reſpicere, qui ità turpiter à nobis abijcimus te? Ergo ex quo tu ipſe ſuades, *dimitte nobis debita noſtra.* dimitte, dimitte nobis, quia iam pro nobis debitum ſoluiſti. Iam teipſum pro nobis in ſacrificium obtuliſti. Tu es ipſe, qui nos doces, vt dicamus *dimitte nobis, &c.* hoc facere potes. Nonne iam pax facta eſt? Nonne iam pacis conuiuium celebra- Eſther. 7

tum

tum est, & quotidie celebratur. *Dimitte* ergo *nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. O beatum proximi debitum; O fœlix offensa, quam allegare possimus coram Deo in remissionem debiti nostri. Non ergo huiusmodi fratres contristemus, si nos offendunt homines, si nobis iniuriantur, si nos affligunt, rapiunt, & accipiunt nostra; sed in eis quantum est pro nobis exultemus, & gaudeamus; quia dimittendo ea proximis allegare poterimus dimissionem debiti nostri. Non est dubium, quod magnæ virtutis, magnæque efficaciæ est allegatio ista, quam summus aduocatus, & iudex noster nos docet. Ergo si dimittimus alijs dimittitur nobis. *Dimitte* ergo *debita nostra* nobis, *sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris*.

Eccli.11 8. *Et ne nos inducas in tentationem*. Quid enim Domine prodest baptizari, siue lauari à mortuo, si iterum tango mortuum? Non sufficit mihi Domine, vt peccata commissa dimittas, nisi etiam à peccatis imminentibus custodias. Nam promptissimus sum ad peccatum, & nisi me custodias, sine fræno irruam in peccata. Si ergo Domine ad probationem, & humilitatem, & exercitationem nostram vis, & permittis nos tentari, non tamen in tentationem nos permittas inferri. Quid enim Esth.8. profuit Aman, qui à Rege Assuero super omnes Principes fuit elatus, cum postea inflatus superbia fuerit suspensus in ligno? Quid enim mihi prodesset, quidquid in præmissis verbis petiui, nisi in tentationibus me conserues in bono? Ergo *& ne nos inducas in tentationem*. Vis bone Iesu, vt sic petamus, quia permittis nos multoties tentationibus stimulari, vt ad te recurramus? Omnem modum, & viam, qua possis nos ad te trahere, exerces; quia nos tecum cupis habere. Tentatus ergo ad amplexus paternos fugiam, vt me recipiat fugientem, & timidum exhortetur; & dicam ei, *& ne nos inducas in tentationem, &c.* Hoc vult, hoc desiderat, hoc expectat Pater meus, vt curram ad refugium, ad complexum, & ad sinum eius, vt totaliter de me diffidens, solum de ipso confidam, ergo *& ne nos inducas*, &c. *Sed libera nos à malo*. Verum est Domine, quia digni sumus omni malo, quia te contempsimus omne bonum. Sed vide, clementissime Pater, infinitam misericordiam tuam, non detestabilem nequitiam nostram, & releua à nobis paruulis, nobis infirmis importabile onus, & à malo opprimente, & distrahente & retrahente, & retardante ad bonum, libera nos filios tuos, vt libere possimus:

. . . . . & maxime ab illo horribili, & terribili malo æterno nos libera, ne tua desi-

Digitized by Google

desiderabili visione priuemur, quod horrent omnia ossa nostra. Quid enim mihi profuisset tuam creaturam fuisse, nisi te habeam, & totus, & totaliter in te ferar in vita æterna, quam nobis concedas, qui es in sæcula benedictus. Amen.

Alia expositio.

POssunt autem omnia supradicta aliter explicari sic. *Pater noster*, præmittitur, vt confidentes accedamus ad ipsum. *Qui es in cælis*, vt quæ sursum sunt quæramus, & sapiamus non quæ super terram. *Sanctificetur nomen tuum*, quantum ad fidei illustrationem: *Adueniat regnum tuum*, quantum ad spei erectionem. *Fiat voluntas tua* quantum ad charitatis conformitatem, & perfectionem. *Panem nostrum, &c.* quantum ad nutrimentum & fulcimentum temperantiæ, quæ maximè exhibetur in pane Eucharistiæ. *Et dimitte nobis &c.* quantum ad correspondentiam, & lancem iustitiæ, per hoc quod subditur. *Sicut & nos dimittimus*, &c. *Et ne nos inducas in tentationem*. Quantum ad actum prudentiæ, quæ est in præcauendis insidijs. *Sed libera nos à malo*, quantum ad actum fortitudinis, quæ est in tolerandis aduersis. Amen.

Alia expositio eiusdem.

POssumus etiam supradictas petitiones exponere, pro ijs, quæ habituri sumus in patria; vt *sanctificetur nomen tuum*, quantum ad apertam visionem, quasi dicat, quod nunc per speculum in ænigmate videmus, purè, & sine terra, sine medio aliquo facie ad faciem videamus. *Adueniat regnum tuum*, quantum ad firmam intentionem, vt in æternum regnemus. *Fiat voluntas tua*, quantum ad consummatam dilectionem, quæ plenè amantem in amatum transformat; & tunc exponendum est *sicut in cælo, & in terra*, scilicet, sicut in Angelis, & in hominibus fiat. *Panem nostrum quotidianum &c.* quantum ad suauissimam fruitionem; & exponendum est tunc *Quotidianum*, scilicet, continuum, quia semper est ibi dies; & exponendum est: *Hodie* pro æternitate, quæ non habet præteritum, vel futurum; sed est tota simul, & melius per præsens notatur. *Et dimitte nobis, &c.* in quo petitur aduentus anni Iubilæi, in quo omnia debita

Digitized by Google

bita dimittentur veris Iudæis, ſcilicet, pœnitentibus, & iuſtis, & homo, homini, & Deus hominibus talibus debita vniuerſa dimittent. *Et ne nos inducas in tentationem &c.* in quo petitur il-
Iſai. 32. la pacis pulchritudo, de qua dicitur, *ſedebit populus meus in pulchritudine pacis &c.* vbi non erit ampliùs Sathan, nec malus occurſus. *Sed libera nos à malo*, quaſi dicat, duc nos ad illum ſtatum, qui eſt omnium bonorum congregatione perfectus, & omnium malorum priuatione iucundus. Vbi vere erimus liberati à malo. Hæc autem vltima expoſitio, multam admirationem, miram deuotionem, medullarem exultationem, & plenam laudis perſolutionem requirit. Et ſunt in ea miri, & inenarrabiles contemplationis theſauri. Sed non ſufficio, nec dignus ſum eos diſpenſare, nec ponere ibi os meum immundum; maximè cum aulam Regis Aſſueri ingredi non audeam, non vocatus:
Eſther. 4 & ideò ſimplicitati noſtræ ſufficiant quæ ſupradiximus foris in atrio exiſtentes. Ipſe autem Chriſtus ad nos in clementiæ ſignum auream virgam extendat, vt poſſimus ſecure ad ipſum intrare, & ſecum in
Eſther. 5 æternum regnare. Quod ipſe præſtare dignetur, qui eſt in ſæcula benedictus. Amen.

M E-

Digitized by Google

MEDITATIO EIVSDEM S. ANSELMI

De Salutatione B.V.Mariæ, ſcilicet *Aue Maria.*

1 AVE *Maria gratia plena, Dominus tecum, &c.* Tibi Domine Deus meus gratias, quas poſſum, refero ex intimis præcordijs meis, qui pro nobis indignis dignatus es noſtram naturam aſſumere, virginali vtero baiulari, & ex ea, ſcilicet Virgine naſcens, lacte eius nutriri, eius foueri gremio, & eius ſubijci imperio, qui omnia conſeruas, & regis, & qui me fætidiſſimam ſaniem, & turpitudinem deteſtabilem, abominatione plenum, & omni venia, & clementia indignum, dignatus es tantum illuſtrare, vt ſciam matrem habere; & hoc mihi indigniſſimo conceſſiſti, vt ipſam po ſim, & audeam ſalutare. Non enim, Domine, feciſti taliter omni nationi, & hoc ſummum beneficium non manifeſtaſti eis. Vbi eſt, Domine, ille tuus peculiaris populus, quem in manu potenti, & brachio extento de terra Ægypti per deſertum in terram promiſſionis duxiſti tot ſignis & prodigijs magnificentiæ tuæ? Nonne Domine iſte eſt populus ille, cui hoc beneficium promiſiſti? Cur ergo non illis tuis cultoribus, ſed nobis idololatris, & infidelibus, hoc tuum ſummum beneficium reſeraſti? Quare nobis paucis, cum multi, & quaſi infiniti populi hoc ignorent? Nonne, Domine, vniuerſorum es Creator, & omnes ad imaginem tuam feciſti? Nonne, Domine, ſecreta conſueuerunt pandi amicis? Cur nunc, Domine, inimicis, & maximè mihi, qui à vertice capitis vſque ad plantam pedis infectus ſum, & totus tendo ad ea, quæ ſunt tuæ contraria voluntati? Cur, Domine, tam nobile donum, tam excellentem theſaurum, tuo infiacliſſimo ſeruo, & nequiſſimo dediſti? Nonne, Domine, tibi videtur, quod non honorem, ſed derideam matrem tuam? Quomodo ſuperbus humilem, imò humiliſſimam ſuperbiſſimus, caſtiſsimam immundiſsimus, cæleſtiſsimam, imò diuiniſsimam vaniſsimus, & terreniſsimus, ſanctiſsimam impijſsimus, matrem Dei filius diaboli ſalutare præſumet? Vbi eſt, Domine Ieſu bone, reuerentia matris tuæ? Cur talem ſalutare permittis? Sed ò pijſsime Ieſu, propter tuam erga nos nimiam charitatem nonne ſufficit te omni deriſui, & omni oſtentatui propter nos ſubiacere, ſed matrem tuam iam ad tuam ſedentem dexteram permittis pollutis labijs tractare, vt poſsis corda noſtra tuo, & eius inflammare amore? Non eſt dubium enim,

quod indigniſsimi ſumus, & credo firmiter, quod nullus ſit cæleſtis Angelus, qui eam, vt digna eſt, valeat ſalutare, quanto magis ego indigniſsima creatura?

2. Mirum videtur, quando miſer homo non tremit, & expaneſcit tantam Dominam ſalutare: ſed illud deteſtabile nimium eſt, ipſam nominare ore, & corde, vana & inutilia, imò nefanda tractare, ipſam alloqui tergo verſo. Cum omni deuotione, & reuerentia eſt Virgo beatiſsima ſalutanda, & ipſa tales quærit, qui ad eam deuotè, reuerenter accedant: hos diligit, hos nutrit, hos in filios ſuos ſuſcipit. O beatus, qui de tàm nobili Matre lætatur, & ipſam corde amplectitur, & opere imitatur. O fœlix, qui Matri Dei ſecundum ſuum poſſe nititur conformari. Hic eſt certè, qui omni creatura contempta, ſoli Deo ſingulari amore inhæret, & crucifixus cum Chriſto, animarum ſitit ſalutem. O mirum certè quomodo exultatione non rapitur cor talem Virginem ſalutantis? Matrem Dei alloquitur, Deum ex ipſa factum hominem contemplatur. Hic videt ima ſummis, & ſumma imis pro ſua charitate coniungi. Quomodo, quæſo, non liqueſcit in hac ſalutatione mens noſtra, cum Deum tantum nos dilexiſſe videmus, vt ex Virginali vtero dignatus ſit fieri frater noſter. Iam os noſtrum, & caro noſtra eſt. O nimia, & ineffabilis diffuſio bonitatis diuinæ. Quanta quæſo erga talem Virginem deberet cor noſtrum deuotione diffundi, per quam meruimus Deo eſſe confratres, & cohæredes. Mira deberet os noſtrum dulcedine abundare, cum tam dulcem, & benignam Dominam ſalutamus, & eius benedicimus fructum. Suauiſsimus, & dulciſsimus eſt fructus eius, & in ore, & corde ſapientis dulceſcit. Mira eſt huius Virginis fœcunditas, quæ dum ſalutatur deuotè, ad cor ſalutantis ſuum ſuauiſsimum fructum emittit, & quanto in eius fructu quis amplius iucundatur, tantò ab ea amplius impetratur. Niſi dicas ſufficit, nunquam ceſſabit. O mira Domina, mirum videtur quomodo non tantum delectamur in te ſalutando, quod præter te, & tuum fructum cætera ignoremus. Quomodo, quæſo, non eſt ad te tantum intentus homo, propter tuam nimiam ſuauitatem, vt etiam ſemetipſum à ſe abſtractus ignoret? O raptrix cordium. O abſorptrix mentium. O liquatrix peccatorum.

3. *Aue*. Cur Domina nos ingrauidas tuo fructu? Cur nos Deo noſtro imprægnas? Cur lutum imples cælo, & vaniſsimos facis Dominos? Cur nos, obſecro, filij tui amore inebrias, cum nec tibi, nec ſibi aliquid impendere valeamus? Quid tibi prodeſt animarum amatrix, quod te, & Filium tuum noſtro diliga-

mus

Digitized by Google

mus amore? Nonne cælestia ſufficiunt tibi, quid noſtra corda requiris, cum tamen ſint fœtidiſsima, & terrena? Accipe ea animarum venatrix, & refoue ea in ſinu gratiæ tuæ. Quis enim poteſt effugere claritatis tuæ fulgorem & tuæ radios pietatis? nec enim eſt qui ſe à tuo calore abſcondere poſsit, quia beneficijs tuis pleni ſunt cæli, & terra. Quocunque enim pergamus, occurrit diffuſio ueteri Virginalis. Ecce ergo nos undique tuis beneficijs irretiſti, & ſemper, & vbique tuæ benignitatis laqueos extẽdiſti, vt à te Matre dulciſsima fugere rationabiliter nequeamus, ſed ſemper in dulcedinis tuæ gremio quieſcamus. Currite ergo undique humani, & tam nobilem, & ſuauem Virginem ſalutemus.

4. *Aue*. Patientiam habe Domina, quod Angelicam ſalutem promo, & angelicè non viuo, ſed potius diabolice horrendus, & te ſalutare præſumo, confido certè de tua nimia bonitate; & tuo inflammatus amore, te quamuis indignus nimium, non vereor ſalutare. *Aue*. Quid mihi dulcius, Domina, tuo *Aue*? O mirum *Aue*, Quod quadam cæleſti dulcedine inebriat cor deuotum. Certe iam dicere poteſt deuotè ſalutans, liquefacta eſt anima mea, vt ſalutaui Dominam meam. Defecit cor meum, & caro mea, dum alloquor Dominam meam. Quis in te non deficiet Virgo ſacra, dum cernit hac ſalutatione præuia, te Dei Filio imprægnatam? Quis non deficiet dum cernit Dei Filiũ tuo utero baiulari, tuo lacte nutriri? Quid ergo libentiùs audis, ò Domina, quam ſalutationem, qua recognoſceris Mater Dei, ſic in te homines iucundari, vt ſemper in eum, cuius es Mater, refundant? Non enim puto niſi vt Mater Dei vis aliter ſalutari; nec & cognoſci. Porta es chriſtallina, & per te vis tuo Filio nos coniungi. Sed, *Aue*, & verè *Aue*, Nam cor noſtrum aperit tuum *Aue*, O admirabile & ſuperadmirabile. *Aue*, à quo dæmones effugantur, peccatores lachrymantur, filij delectantur, Angelus gratulatur, Verbum incarnatur, Virgo grauidatur. Certè, *Aue*, cuius fructu creaturæ rehouantur, homines redimuntur, Angeli reparantur. Ergo tibi, *Aue*, vniuerſa creatura ſine fine proclamet. O dulciſsimum, & ſuauiſsimum *Aue*, quo terreſtria lætantur, cæleſtia iucundantur, imis ſuprema iunguntur. O *Aue*, quod intellectum irradiat, affectum ſatiat, mentem ad cæleſtia leuat, animus illuſtratur, pectus indulcoratur, caro maceratur: ergo *Aue*. O catenale *Aue*, quod cor ſtringis cum Virgine, & ſeparas à terrenis: cum miſericordiſsima miſerum, cum Domina ſeruum, cum Matre Filium firmiſsime ligas. O admirabile *Aue*; Accedat, vt te ſalutet, qui vult catenari amore, & cum ex corde ſalutauerit ampliùs, fortiùs conſtringetur,

Digitized by Google

& quanto constringetur fortiùs, libentiùs salutabit. Sic, *Aue*, Domina mea, & amor mutuo se augebunt, donec cor salutantis deficiat præ dulcore. O Virginis amor, diuinum reddis amantem, Virgineum facis iam multa sorde pollutum. Ergo *Aue*, Domina mea, Mater mea, imò cor meum, & anima mea Virgo Maria.

5. *Maria* Virgo, *Aue*; O nomen suauissimum. Nomen dulcissimum, nomen iucundissimum, nomen Mariæ? Quid feci? Quid præsumpsi? Quomodo excessi? nominare te audeo? Quis vnquam talia audiuit, quod perditionis filius peccatorum sacculus, dæmonum famulus, te nominare præsumat? O amor mei, nomen Matris Dei; reuereri nescit amor; mihi parce Domina, quod te amare dicam; & si ego non sum dignus te amare, tu es digna amari. Quis, ò Domina, te amare desisteret? cuius beneficijs gratiam, & gloriam impetramus? Per te, Domina, franguntur vincula, soluuntur delicta, vincuntur vitia, solidantur confracta, reperiuntur perdita, renouantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima, incepta promouentur, imperfecta perficiuntur, perfecta consummãtur, purgatur cor, refulget mens, & animus inflammatur, liquescit pectus, decoratur aspectus, deponsatur peregrina, traducitur spõsa, resoluitur anima. O anima habet hoc per te Virgo Maria.

6. *Aue Maria*. Verè *Maria*, stella maris, mundo totaliter transformando. Domina, super omnes Angelorum choros ad Filij dexteram transcendendo. Es stella maris nos dirigendo. Amarum mare compatiendo. Domina es protegendo. Stella maris es honestate, amara pietate, sed Domina es potestate. O Domine Deus meus, quid tibi retribuemus pro omnibus, quæ dedisti nobis; aut quid tibi facere possumus, aut quid facimus, quod nobis in mari omnis amaritudinis constitutis, tenebris vndique circumseptis, à portu salutis nimium elongatis, turbinibus, & procellis ad naufragium agitatis, imò tempestate nimia penè submersis; tam nobile solatium, tam dulce consortium, tam efficax auxilium, tam pium subsidium Virgine Maria irradiante, stellam dedisti? O certè beata nox, & fœlix tenebra, & glorioſa caligo, quæ tali stella meruit radiari; certè hæc nox illuminatio mea in delitijs meis. O glorioſa Virgo, si es maris stella, semper in hac vita volo esse in mari, vt semper sis mea stella. Semper in mari sim perfectæ amaritudinis, de peccatis meis gemendo, Christo Crucifixo intimè compatiendo, pro animarum miserijs & vitijs condolendo, compatiendo. Semper volo in hoc triplici nauigare pelago, vt semper habeam huius stellæ ducatum. Væ illis, qui sunt in delitijs, & nesciunt, imò no-

Digitized by Google

nolunt hoc mare intrare, quia hac dulciſsima ſtella carebunt. Currant vndique tribulantes, & ſepiant me amaritudinibus inauditis, & non timebo quoniam tu mecum es. Imò tunc mihi verè refulges, curæ vallatus anguſtijs, ſum omni humano auxilio deſtitutus, cum intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Abiectum & repudiatum ab omnibus creaturis me peccatorem, nequiſsimum, & omni malo digniſsimum impugnet, & ſtimulet, obſecro, tota huius mundi machina, vt mecum ſit ſtella Marina. O fœlix cum fuero ex omnibus exprobratus, conculcatus, & conturbatus, & ab hac ſtella ſuſceptus. Stella eſt maris, & in amaritudine poſitis ipſa relucet. O quam dulce, & delectabile oculis, hanc lucem videre. O quàm bona & amabilis commutatio, omnem mundi conſolationem abhorrere, & longe à ſe irrecuperabiliter eijcere pro refulgentia ſtellæ maris. Plus valet vna ſola illuſtratio huius ſtellæ, quam omnium poſſeſsio mundanorum. Quis omnis amaritudinis, compaſsionis, & paſsionis mare non intrabit gaudenter, vbi refulget hæc ſtella; nec paueat cor perfectum, quia impoſsibile eſt naufragium fieri irradiante hac ſtella, nec poteſt nubes aliqua interponi niſi volenti. O Domina mea, tu in hoc mari es nobis nauis ſuſtẽtans & portans, anchora ſtabiliens & firmans, gubernaculum dirigens & rectificans, velum deducens & obumbrans, ſtella refulgens & ſalutis portum demonſtrans; imò impetrans, conſeruans. Quis ergo non libenter hoc mare compunctionis, paſsionis, & compaſsionis intrabit, vbi tu nobis ſubuenis, & miniſtras in omnibus?

7. Imò vt plus dicere audeam, tù es Maria amarum mare facta, propter Filij paſſionem, & noſtrarum iniquitatum compaſſionem, non quod aliquid triſtabile patiaris, ſed conſidero mentem tuam ſecundum quod in hac vita iuxta Crucem viuebas. Hoc ergo duplex intremus mare, ſcilicet tuo Filio Crucifixo, & tuo cordi ſibi confixo compatiendo, & de noſtris iniquitatibus, quæ tantæ necis fuerunt occaſio, intimè contriſtando, ſi volumus cor tuum intrare quod factum eſt mare magnum, & nimium ſpatioſum. Quis non libenter ergo intrabit hoc mare, vt poſſit cor Virginis introire? Hi certè benè intrant cor tuum, & ſunt continuè in corde tuo, qui Filij tui ruminant continue paſſionem. Impropriè eſt enim, mater pijſſima, Filij tui intrare vulnera, & non intrare cor tuum, quia illa vulnera ſunt in corde tuo perpetuo collocata. Sicut enim illa ſtigmata ſemper erunt in Filij tui corpore, ſic ſemper & in Matris mente. Quis ergo tardabit? Quis ampliùs pigritabit, hoc nauigium introire? dulce eſt de te audire, ſed dulcius de te cogitare; dulciſsi-

mum,

d by Google

mum, & nimis ſuauiſsimum per Chriſti vulnera intrare cor tuũ. Non recedat homo à Chriſti contumelia, & vulnere, ſi non vult de tuo corde exire. Ibi fit homo totus Virgineus, totus ſanctiſ. ſimus, totus diuinus, obliuiſcitur homo ſui. Solùm recogitans quæ ſunt Matris, & Filij.

8. *Aue Maria*. Sine væ animæ, & corporis: animæ, quia ſine væ infirmitatis, vt eſſet tibi difficile ad bene agendum; ſine væ ignorantiæ, vt non poſſis cognoſcere, ſiue eligere bonum à malo: ſine væ malitiæ, vt eſſes prona ad malum. Quantum ad corpus, ſine væ doloris in pariendo; ſine væ ſubiectionis, marito non obſequendo, ſed potiùs ipſe tibi; ſine væ fatigationis in filios nutriendo. *Maria*. Hoc nomen interpretatur ſtella maris, amarum mare, & dicitur ſtella, inquam, maris, in natiuitate Filij: amarum mare in paſsione Filij. Quia ſicut ad ſtellam ferrum vertitur tactum ad adamantem; ſic ad te corda peccatorum ferrea, quaſi circa ſe vertentia ad cęlũ, ſcilicet ſanctorum te laudantium. Amarum mare propter bonitatem Filij, propter genus mortis eius, propter viſionem mortis eiuſdẽ, Domina verò fuiſti ratione dignitatis, quia Mater regis; ratione virtutis primigenia Virginum; ratione loci, quia thronus tuus eſt ſuper thronos Angelorũ.

9. *Gratia plena*, humilitatis, reuerentiæ, taciturnitatis, manſuetudinis, prudentiæ in ſolitudine, & Virginitate. *Gratia plena* fuit B. Virgo quantum ad Dominum, qui eius humilitatem reſpexit; quantum ad Angelos, quibus etiam cognata Virginitas; & quantum ad homines, quibus edidit Saluatorem. Vel *gratia plena*. Quia virgo contra carnem; pauper contra mundum; humilis contra diabolum: *Dominus tecum*. Sicut Pater cum Filia gubernando, ſicut Filius cum Matre obediendo; ſicut cuſtos eius theſauros cuſtodiendo; ſicut puer cum nutrice; ſicut ſponſus cum ſponſa; ſicut Rex cum Regina. Et vltimo *Dominus tecum* per naturam, per gratiam, & per gloriam. Per naturam, excellenter ſubſiſtendo; præſentialiter cognoſcendo; potentialiter perſiſtendo. Per gratiam, ſcilicet infuſionis, operationis, & reuelationis: & per gloriam, quia in ratione plenitudo lucis, in voluntate plenitudo pacis, in memoria continuatio æternitatis. *Benedicta tu in mulieribus*. Quia in vtero ſanctificata; Quia in anima à peccato præſeruata; Quia in te peccati fomes extinctus; Quia bonis omnibus, & virtutibus repleta. Quia vtero tuo priuilegiata. Quia concepiſti ſine ſemine, portaſti ſine pondere, peperiſti ſine dolore. Quia ab omnibus Chriſtianis ſpecialiter laudata. Quia ab ipſo Chriſto, & omnibus Sanctis & Angelis in morte obuiata &c.

M E-

Digitized by Google

MEDITATIO
S. ANSELMI EPISCOPI.
Super *Salue Regina*, &c.

Titulum hunc præfixum habet codex ille prægrandis Mantuanus MS. circa quem fortaſſis lector hæſitabit, dum viderit opellam hanc aliàs D. Bernardo attribui, atque inter eius opera circumferri. Eadem quidem vtrobique eſt meditatio, ſed illa contractior, iſta duplo maior; neutra tamen reputabitur Anſelmi, ſi Bernardus, illo poſterior, poſtrema illa verba. O clemens, ò pia, ò dulcis Virgo Maria, *ſubiunxerit in vrbe Spirenſi, quod ſcribunt plerique. Aliÿ ſolemni trina genuflexione recitaſſe volunt, non addidiſſe. Poſſeuinus vtique lectorem monet, vt videat, vtrum rectè Bernardo tribuatur. Idem profecto huius & præcedentium meditationum cenſendus eſt author, maximè pius, diuinis contemplandis myſteriÿs aſſuetus.*

Vide Eylengren. in Chronic. Spiren.

AD ſalutandam beatam Virginem, primo debes eius magnitudinem conſiderare: nec enim ampliùs circa Filium ſuum potuit eleuari, quàm vt Mater Domini vocaretur. Exultans ergo, & admirans magnificentiam Matris noſtræ, deuotè & reuerenter, ac confidenter ad ipſam accedens dicito: *Salue*. Hoc dicto reſilias in tuam paruitatem à magnificentia Matris Dei. Et dic, patientiam habe in me Domina, quia ego viliſſimus hominum audeo aſſiſtere tantæ Dominæ, & ſalutare te præſumo Reginam Cælorum, Dominam Angelorum, Matrem Dei mei; ſed de tua benignitate, Domina, humili, ac humilitate benigna confido, quod me indigniſſimum ſuſtinebis. Et quamuis ſis arca Dei, ſine comparatione nobilior arca veteris teſtamenti, & ego multo ignobilior; attamen cum te tetigero corde, ac ſalutauero ore non credo percuti, ſed tuo amore potiùs inflammari, & à tua pie-

Salue.

Digitized by Google

Regina. pietate largiſsima ſu omnibus exaudiri. Ergo *Salue Regina*; Sub tuo regimine Domina, de cætero volo militare, me totaliter dominationi tuæ committo, vt me plenarie regas, & gubernes. Non me permittas mihi, quia ſum mihi ipſi conſcius nimis. Quidquid enim mihi dimiſeris, noueris mihi ſtrimè deſtruendum. Sed cum plenus ſum miſeria, & à planta pedis vſque ad verticem putrefactus, putredinem generem & horroreм, quomodo me regere dignaberis tam nobilis creatura? Certè quia tu es Regina *miſericordiæ*. Etqui ſunt miſericordiæ ſubditi, niſi miſeri? Sic ergo *miſericordia* Regina es, & ego miſerrimus ſum, omnium ſubditorum tuorum maximus peccator, Quomodo ergo Domina in me non exercebis tuæ miſerationis effectum? Veré Domina, Regina es *miſericordiæ*; quia non eſt in-
Miſericordiæ. hac vita ſic deſperatus, ſic miſer, cui non impetres ſalutarem miſericordiam, ſi quis ad tuum declinauerit regimen. Certè Domina, cum te aſpicio, non niſi miſericordiam cerno. Nam, quo miſeris mater Dei facta es. Miſericordiam miſeris genuiſti. Vndique Domina miſericordia tu vallàris, ſolum miſereri appetere te videris. Multum es ſollicita de miſeris, hos in tuos filios adoptaſti, hos regere voluiſti Domina, & idcò Regina. *Miſericordia* debite tu vocaris. Quid ergo de cætero, Domina, formidamus? Quid timemus? Quid ad te gradu concito non veniunt? Et quis à te, quæ petierit, non habebit? certè neſcio, niſi qui ſe miſerum non cognoſcit. Quia non ſubeſt de nobis tuo regimini niſi miſer, aut etiam qui te cognoſcit miſeri, & de tua miſericordia confidit. Illi ergo paucæ ſoliqui ſe exiſtimant iuſtos eſſe, & ſuperbi, & præſumptoſi, qui tuo regimini non ſubſunt, & etiam illi miſeri, qui tuam miſericordiam non requirunt. Nos ergo miſeri tecum de cætero conſolemur, tecum modò Domina
Vita. habitemus; te mentis viſceribus amplectamur. Quia tu es *vita*. Vita veré, quæ mortem ſuperbiæ humiliatæ viciit, quæ nobis vitam gratiæ impetrauit, quæ vitam gloriæ genuiſti, & non eſt dubium, quod vitam naturalem à multis periculis liberaſti. In omnibus enim te vitam morti opponis, cum videris expedire. O vita mirabilis, quæ mortuos viuificare conaris. Per te Domina eſt regreſſus de priuatione ad habitum. O vita mortem non timens, mortem expellens, mortales immortalitate conſtituens. O certè vita amabilis, vita deſiderabilis, vita delectabilis. O vita non ſeneſcens, ſed potiùs ſenes ad iuuentutem reducens. O vita, carnales vitas ad nihilum redigens. O vita certè contraria mundi vitæ. Qui enim vult te habere, ſe affligat, delitias rei-

Digitized by Google

respuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificatus fuerit, te amplius posidebit. O vita diuina fortificans potestate, impetrantione diuinam sapientiam exhalans, & diuina vegetans bonitate. Si vita mea es, cur non semper vegetas vitam meam? Quis mihi tribuat, vt semper gaudeam beneficio huius vitæ? *Dulcedo.* Verè dulcedo, quæ amaritudinem peccatorum impetrando expellis: quæ nobis dulcedinis gratiæ acquiris: quæ ad inauitatem patriæ cælestis contemplantes introducis, & demum ad ipsam posidendam adducis. O dulcis Domina, cuius sola memoria affectum dulcorat, cuius magnitudinis meditatio mentem eleuat, cuius pulchritudo oculum interiorem exhilarat, cuius amœnitatis immensitas cor meditantis inebriat. O Domina, quæ rapis corda dulcore tuo, & nunc cor meum Domina rapuisti; & vbi quæso posuisti illud, vt ipsum valeam inuenire? Nunquid in sinu tuo, vt meipsum inueniam, collocasti? Nunquid inter tua vbera posuisti? forsanle ibi posuisti illud, vt quod frigeaeat, amore tuo faceusum calefias, vt à te nequeat separati. Oraperire cordium. Quando reliquas mihi cor meum? Quare sic corda simplicium rapis? Quare violentiam, imò beneuolentiam facis animis. Nunquid vis ipsum tenere? Cum illud à te posuisti, mihi arrides; & statim tua dulcedine consopitus quiesco cum in me reuersus, iterum illud posuisti, me amplexaris dulcissima, & statim interior tuo amore. Nunc cor meum non discerno à tuo. Nec aliud petere scio à te nisi tuum. Sed ex quo sic est cor meum tuo amore inebriatum, tuo amore consopitum; guberna cum tuo, & in sanguine agni conferua, & in latere filij tui colloca; vt solum quæ tentis, sentiat; & solum diligat quæ tu amas, non in terra, sed in cælo sit recum. O bestum cor est, cui datum est semper, vel quasi semper, Dominam meditari: cui datum est semper inter delicias Domini gloriari; necnon compati Filij passioni. O mirabilis, & amabilis cordis dulcedo, cui cætera & patrem, matrem & filios, vel ea, quæ ad ipsos spectant, fœtidissima, & amara videntur. O dulcissima Domina, dulcissimum fructum habens, dulcissimè corda attrahens, dulcissima bona largiens, dulcissima quæque promittens, dulcissima corda tu reddis. O quam dulcis es Domina mea. O certè quàm dulcis, & quam dulcissima in delitijs, dulcissima habens vberapietatis, & summe benedicta. Tunc assequar quæ intendo, tunc possidebo quod spero. Quia tu es *spes nostra.* *Spes nostra.*
Nonne tu es Domina regni? nonne tu es Mater præmij, scilicet *tra.*

Digitized by Google

Christi, qui est præmium bonorum, ac beatorum? Nonne tu es, quæ nos tantum desideras exaltari? Nonne sine comparatione plus nos diligis, & bonum nostrum procuras, quàm mater carnalis? Si ergo nos vis facere glorioſos; imò quia vis, quis poterit prohibere? Quid enim habes aliud facere nisi Filium exhibere? Ipse est meritum, & præmium nostrum, & gloria nostra est. Sperent ergo in te, qui nomen tuum nouerunt, quoniam non derelinquis quærentes te, domiua. Certè qui sperant in te, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, volabunt, & non deficient. Quis non sperabit in te, quæ & adiuuas desperatos? Et quis non sperabit in te, propter quam exauditæ sunt preces patrum, oracula Prophetarum, & eorum adimpleta promissa? Et quid potuerunt, Patriarchæ, & Prophetæ desiderare Domina, quod per te non fuerint assecuti? Si antiqui per te hæc omnia habuerunt; quomodo nos, qui sumus filij tui sanguine vnigeniti iam redempti, non habebimus, quod voluerimus postulare? Non dubitò quod si ad te venimus, habebimus quòd volumus. In te ergo speret, qui desperat: qui deficit, ad te currat confidenter; ad te veniat, qui vult aliquid impetrare dicendo: *Salue*. Quis à tua salutatione de cætero nos poterit prohibere, ex quo tic es Mater, & Domina, *vita, dulcedo, & spes nostra*? Quis ergo ex quo Regina es, à tua reuerentia nos poterit impedire? Non solùm homines, sed vniuersæ etiam creaturæ te genitricem Dei salutent. Vniuersa, Domina, per te sunt restaurata, & suum conditorem per te recuperant vniuersa, vt sibi debito ordine sint subiecta. Certè mirum videtur, quod totus mundus cessat à tua salutatione; quin semper te laudet omni tempore, & salutet. Sed quid est te bis salutare, nisi te vt Dominam Angelorum, & hominum reuereri? Et quid est salutem replicare, nisi tibi sine fine reuerentiam exhibere? Quid est te salutare & iterum salutare, nisi salutem, & salutis profectum à te, Domina, postulare? Quid salutamus, & iterum salutamus, nisi vt tam interius, quam exterius per te, Domina, salubriter custodiamur? Quid est saluto, & iterum saluto, nisi quia tuæ reuerentiæ vtrumque hominem expono? Vt quid porro te salutaui, & iterum salutaui, nisi vt per te Deum, & hominem, nisi vt per te tuum Filium possiderem? Quid salutaui te, nisi vt redderem ad mea vota accinctam; & iterum salutaui, nisi vt propera esses ad perficienda? Aut certè primo voluimus salutare, vt te comendaremus; secundo vt post

Salue.

hanc

Digitized by Googl

hanc miseriam Filij tui gloria gauderemus. Primo es Domina, salutanda, vt per te gratiam impetremus; secundo vt per te ad gloriam veniamus. *Ad te*, Ad te vere, quia tu Domina, Deum & hominem genuisti: Tu sola, Domina, hereticam, pranitatem interemisti: Tu sola es Domina regni: Tu sola es gubernatrix pramij. *Ad te* matrem nostram, Ad te nutricem nostram, Ad te adiutricem nostram: Ad te certè, quæ nos lauas à facibus peccatorum, quæ nos consolaris etiam in incunabulis vagientes, lactas paruulos eiurientes, tuis brachijs fultenantur infirmi defitientes, tu vere consolatas vilinerates, ad falutem perductis egrotos; & non solum mater, & nutrix, sed etiam medica facta es miserorum, quæ non derelinquis derelinquentes; quæ recipis fugientes; quæ es Regina, Imperatrix, & Domina Angelorum; quæ blandimentis nos allicis, delitijs nos foues, & nutris. *Ad te clamamus*. Quomodo non clamaremus, Domina, qui vulnera nostra, fustinemus; plagas sentimus, qui vndique ab inimicis circumdamur, & teremur. *Clamamus* angustiati, & miserijs infinitis oppressi. *Clamamus* cordis anxietate, stomachi vacuitate, doloris acerbitate, aut fórte ægæ te amoris immensitate. *Clamamus*; Ne tibi ergo nos somnolentia indicatur, quæ nos die noctesque custodis. Quare obdormis Domina? Surge adiuua nos. *Clamamus*, & iam vt necessitatem nostram pandamus, quia clamare nos necessitas compellit. Necnon *Clamamus* vt ad compassionem te Domina, inuocemus. Nam propter hunc clamorem rancæ facæ sunt fauces meæ. Quid ergo amplius moraris? Quid nos amplius affligi permittis? Si ergo multum tardaueris, vocem amittam clamando, & ad te amplius vociferari nequibo. Heu mihi, quid tunc faciam, cum nec exaudire me poteris, nec audire. Tunc quid faciam, Domina, eum à te fuero penitus destitutus? Tunc quid faciam, cum tua vbera non poteris minittrare? Cito, Domina, subueniat clamanti, ne manibus fubiaceam inimici. Curre festinè, Domina, & tuum nequisimum ac infidelisimum seruum ad te clamantem parcendo adiuua, & eripe de manibus inimici, de periculis tui hostis. Si non aliud, Domina, allicere te deberet, nisi quia tuus hostis audet nos seruilos inuadere fraudulenter, deberes quantoties festinare: Curre, & libera nos, Domina, propter eorum superbiam reprimendam. Curre ne inimicus glorietur in tuis clientulis dominari.

Ad te.

Ad te cla mamus.

nati . Curre , ne dicant vbi eſt eorum Domina , de cuius clementia confidebant ? Ne mireris Domina, ſi clamamus, quia ſumus à te nimium elongati . In regione longinqua diſsipauimus partem noſtram . Qui ſi propè eſſemus , planius poſſemus loqui , & ideò memores vberum tuorum ad te clamamus . *Exules* à patria , exules à viſione Diuina ; nec non exules à gratia , exules à conſolatione materna . O anima mea cur non es potiùs ſeparata à corpore , quàm à tua Domina exulata ? Si es exulata à matre , exulata es à capite Chriſti . Et quomodo potes miſer ſine capite ambulare ? Nonne ſine capite ambulare eſſet monſtrum? Heu mihi , cur ſum in tam longum exilium relegatus . Quando videbo Deum Saluatorem meum ? aut quando potero ſaltem meam Dominam intueri ? Non dubito , Domina , quod ſi ad te tamquam exules clamaremus corde , te , & Filium tuum poſſideremus plenè . Cum ergo volumus hic quieſcere tamquam ciues , cur non ad patriam anhelamus ? Cur non affectamus matrem dulciſſimam amplexari ? Quid non deſideramus ſecum , & cum Filio ſuo commorari ? O Domina , dum hic ſumus exules , conſtituas nos , ne hìc tamquam in patria confidentes , te , & tuum Filium quærere deſiſtamus . Sic tamen conſtituas in corpore, vt ſemper tecum ſimus ciues in mente . *Exules*.

Filij Euæ

Filij Euæ . Verèfilij Euæ, quia iuperbi , præſumptuoſi , ambitioſi , auari ſaltem libris & ſcientia , & vtinam non re alia , guloſi , carnales , & inobedientes , & breuiter , ipſam Euam in omnibus ſequentes , proni ſumus ad malum , difficiles vero ad bonum . Et ſi contingat aliquem filium bonorum operum generare ; cum quodam cordis dolore , & triſtitia parturimus multoties , ſed malum cum lætitia perpetramus . Non nobis ſufficiunt mala noſtra , ſed ſicut Eua Adam , ita & nos aliquos inclinamus ad mala . Et ſicut ipſa excuſabat ſe , ità & nos in noſtris defectibus excuſamus , aut ſaltem ſi poſſimus , in alios retorquemus . Tædet nos veſci ligno vitæ , Chriſtum Dominum , ſcilicet in Cruce contemplari , & manus ad lignum vetitum applicamus . Non curamus per contemplationem Paradiſi delitijs conſolari ; ſed potius volumus in peccatorum fæcibus habitare , & vaniſſima quæque tractare , imò vt verum dicam , fætidiſſima ſtercora maſticare ? Heu quanta inſania , & vanitas , & cæcitas inaudita . Plus enim

Digitized by Google

enim nobis placet, in labore nimio, & iudore vitæ & mortem nobis amquirere, quam cum omni dulcore & suauitate vitam non solum acquirere, sed etiam quodam modo possidere æternam, & gloriæ Dominum degustare. Et nisi, Domina, nos adiuuisses, forsitan ad inferni profundissima venissemus. Non est, Domine, quod nos valeat excusare; quia non te, sed Euam in omnibus imitamur, imò potius transcurrimus in malis. Et ideo hoc à tuo clementi suffragio cognoscentes, per te, Domina, de tanta miseria salueari sperantes, propter hoc, *ad te*, Domina, *suspiramus*, *Ad te suspiramus.* *suspiramus* autem de bono statu absentia, venire ad te, Domina cupientes. *Suspiramus* ad te, Domina, videre tuum Filium affectantes. *Suspiramus* tamquam paruuli ad uberaq; anhelantes, & tamquam filij, & indigni ad tuos maternales complexus tendentes. Ad te *suspiramus* desiderio. Ad te, *suspiramus* amore interno, tuo nimis inebriati amore, & illius enim, nisi tuus amor, quo erga te fumus inebriati, Domina, intrinsecus, cogit nos ad te Domina suspirare. Quis enim te non diligat, & ad te non suspiret desiderio, ad te reparationem omnium, amoris caminum, pulchriorem sole, diuciorem melle, bonitatis thesaurum, honestatis speculum, omnis sanctitatis exemplum? Omnibus enim amabilis, affabilis, omnibus delectabilis. Sedes es sapientiæ, fluuius clementiæ, radius Deitatis; nec est, qui se abscondat à calore tuo. Sic ergo ad te desiderio, & amore inestibilius suspiramus. *Suspiramus* nos, & vehementi dolore, nam vndique nos angustiæ premunt. Quomodo ergo ad te, solatium miserorum, refugium expulsorum, liberatio captiuorum, sponia adultorum, Regina stellarum, Domina vniuersorum, etiam inimicorum, non est qui tuæ voluntati valeat obuiare. Et ideo fic afflicti, fic miseri, ad talem tam dulcem, tam suauem, in omnibus adstricem, lignum vitæ, consolationis radicem, ad te, talem, inquam, Dominam suspiramus. *Gementes, & flentes in hac lachrimarum valle.* Tu Domina nonne vides, quod totaliter famus amaritudine pleni? Intus famus gementes; exterius flentes, in hoc lachrimoso loco tacentes. Quotidi peccatis gemimus, aggrauati molestijs flemus, abundantes miseriis flemus, in valle lachrimarum auxilio destituti gemimus, solem iustitiæ non videntes. Flemus inimicis nostris

Gementes & flentes in hac lachrimarum valle.

Digitized by Google

noſtris ſeruientes, in valle lachrimarum ſumus, cuius auxilium poſtulantes. Hæc eſt certè vallis lachrimarum ad quam omnia lachrimabilia fluunt, gemebunda decurunt, ad quam flebilia ruunt. Ad hanc vallem fluxerunt damonum infernorum, hic eſt pœna protoplaſtorum, miſeriæ antiquorum. Quid amplius dicam? nec ſufficio, nec ſcio

Ita ergo aduocata noſtra.

huius vallis deteſtabilia enarrare. *Ita ergo aduocata noſtra*, O laudabilis clementia Saluatoris, & nimium amabilis, qui ſic afflictis tàm nobile ſubſidium dignatus eſt elargiri. O certè Dei noſtri mira benignitas, quæ ſuis reis ac Dominam, tribuit aduocatam, vt à Filio tuo, inter nos & Deum Patrem iudice conſtituto, quod pro nobis voluerit, impetrare valeas. Nec enim dubium erit, quod nos tàm manifeſtè damnabit, quos conſeruat tuæ aduocatio pietatis. O admirabilis ergà nos miſericordia Dei noſtri, qui ne à ſua fugeremus clementia, non ſolum communicare nobiſcum iu iudice, vt eſſet Deus, & homo, id eſt, Chriſtus, à quo debet ſententia promulgari; ſed voluit viſcera miſericordiæ, matrem ſuam, Dominam gloriæ, noſtram conſtituere aduocatam; vt rea, non iudicium, ſed ſubſidium, non ſupplicium, ſed æternum præmium inuenire poſſemus. Et ideò non eſt timendum quin miſereatis miſeris, & ad illam partem declines ſententiam, quam defendis, & nobis impetres gratiam, quàm pro nobis precaris. Scio benè quod poſt ſententiam non reſtat appellatio ad maiorem, quia & ſi iudex ſit homo, cuius es mater, eſt tamen & Deus, filius Dei Patris. Non enim video, Domina, quomodo tibi aliquid valeat denegari, & quin per te cæleſtem patriam habeamus. Et hæc etiam miranda illa pietas: hoc eſt certè quod cupit Deus nolitet. Hoc eſt quod deſiderat. Hoc eſt, pro quo te noſtram conſtituit aduocatam. Non reſtat ergo, Domina, niſi vt

Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuertas.

illos tuos miſericordes oculos ad nos conuertas. Non dubito Domina, quod ſi noſtras aſpexeris miſerias, non poterit tua miſeratio ſuum retardare effectum. Miraules, necnon amabilis ſunt tuorum radij oculorum, quibus tuos allicis ad amorem, & ad plenam ducis ſalutem, ne venenatos oculos baſiliſci timeamus. O Eue oculi venenati, cur non offertis vos oculis Virginis, ſi vultis perfectam recipere medicinam? nam ſuorum radij oculorum, & claritas expellit tenebras, dæmonum effugat catervas, pur-

Digitized by Google

purgat mentium vitia, corda congelata accendit, & omnium ad cælestia trahit. O beati, Domina, quos viderint oculi tui. Hos ergo oculos benigna Domina ad nos conuerte. *Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.* O venter mirabilis, qui potuit recipere Creatorem. O venter laudabilis, qui meruit concipere redemptionem. O venter desiderabilis, à quo emanauit desiderium mentium, gratiarum fluuius, gloriæ præmium. O venter, non venter, sed Empyreum cælum. In hoc ventre fuit pretium perditorum, felicitas beatorum, Dominus Angelorum. O beata vbera. O Domina mea. O fons pietatis, lacus fanctitatis, fluuius bonitatis venter tuus Domina. O felix venter, qui solem genuisti, vniuersum mundum reparasti, cælestem patriam recuperasti, insuper donasti. O quàm preciosus venter, qui protulit medicinam infirmis, vitam mortuis, Paradisum iustis. O venter eburneus, & fides lapideus. O venter tornatilis, & cælatus gloriæ. O venter amabilis, & dulcedo animæ. O eleuatio mentium, & inebriatio cordium, suauitas peccatorum. Fructus tuus, Domina, certè est fructus beatus à principio sui ortus. Hic est IESVS Dei vivi Filius. Hic est Saluator noster Christus Dominator. In dulcedine huius fructus subleuatur intellectus, dilatatur affectus, & vtriusque quietatur appetitus. Clarescit ratio, dulcescit affectio, purificatur intentio. In dulcedine fructus tui totum liquescit cor, tum fructum degustans. Hunc IESVM, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. Vt ipsum videndo, ipsum habeamus, ipsum videndo beatitudine repleamur, ipsum videndo in ipsum rapiamur, ipsum videndo in ipsum diffundamur, ipsum videndo in ipsum conuertamur. Vt sic Deifici, non nostri simus, sed totaliter transformati in ipsum. *O clemens. O pia. O dulcis MARIA,* O clemens indigentibus, Pia exorantibus, Dulcis amantibus. O clemens panitentibus, Pia proficientibus, Dulcis contemplantibus. O clemens liberando, Pia largiendo, Dulcis te donando. O clemens consolando, Pia consulendo, Dulcis blandiendo. O clemens in confpectu, Pia in effectu. Dulcis in affectu. Clemens in conceptu, Pia in aſpectu, Dulcis in amplexu. Clemens ex afflictis, Pia derelictis, Dulcis in amore iuſtis. Clemens ex ſubiectis, Pia iam correctis, Dulcis prædilectis. Clemens ex petentibus, Pia te quæren-

Et Iesum benedictum &c.

O clemens &c.

Digitized by Google

rentibus, Dulcis te pulsantibus. Clemens admirantibus, Pia exultantibus, Dulcis te gustantibus. Clemens es pauperculis, Pia es despectis, Dulcis es deuotis. Clemens es eleuatis, Pia transformatis, Dulcis liquefactis. O clemens. O pia. O dulcis Virgo MARIA. Aue MARIA, gratia plena, Dominus tecum.

INCI-

Digitized by Google

INCIPIVNT MEDITATIONES

S. ANSELMI

De geſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Sequentes rythmos Anſelmo adſcribit Arnoldus Vvion: eiuſque nomen, atque hos titulos præfert codex MS. Mantuanus. Similes, eiuſdemque modulationis alij habentur apud Bernardum. Pij quidem ſunt iſti, & affectuoſis meditationibus reſperſi. Grauior magiſque ſerius & ſuccinctus eſt author in canendis Chriſti myſterijs in primo; in ſecundo laxior, in Chriſti Paſſione enarranda totus effuſus in ſoliloquia, & pios erga B. Virginem affectus; cuius doloris vehementiam, animi languorem, & eiulatus in Chriſti Paſſione frequenter exaggerat. At ſacratiſſimam Virginem perfectum habuiſſe dominium in omnes ſuas actiones, affectus, & potentias, nihilque indecorum, nihil diſſonum in ſe permiſiſſe, antiquorum & grauiorum Patrum eſt ſententia. Idipſum in primo rythmo monet author: *Sed geſtus (inquit) Virgineos dolor non deſtorat.* Diuerſus videtur in ſecundo, vbi per omnia, tam ſerie meditationum, quam verbis concordat cum Opuſculo *de Lamentatione Virginis Mariæ*, S. Bernardi operibus intermixto. Quid ſi hic etiam illius author opellæ? Nos vtrique rythmo notulas, numeroſque marginales appoſuimus.

Vid. Suar. in 3. part. to. 2. diſput. 4. ſect. 2. & diſp. 41. ſect. 2.

1. DESERE *iam anima lectulum ſoporis:* Prologus.
Langnor, torpor, vanitas excludantur foris.
Intus cor efferueat facibus amoris,
Recolens mirifica geſta Saluatoris.
Mens, affectus, ratio ſimul conuenite:

Digitized by Google

Occupari frivolis vltrà iam nolite.
Discursus, vagatio, cum curis abite,
Dum pertractat animus Sacramenta vitæ.
In primis, præcipuè lector moneatur,
Ne sequens opusculum cursim percurratur.
Sed legendo paululum, sensus protrahatur,
Vt ipsis deuotio verbis hauriatur.

Incipiũt mysteria vitę Christi.

Iesu mi dulcissime, Domine, Cælorum
Conditor, Omnipotens, Rex vniuersorum,
Quis tam actus sufficit mirari gestorum,
Quæ te ferre compulit salus miserorum?
2. *Te de cælis charitas traxit animarum,*
Pro quibus palatium deserens præclarum,
Miseram ingrediens vallem lacrymarum,
Opus durum suscipis, & iter amarum.

Annunciatio.

Angelus ad Virginem à te destinatur,
Per quem incarnatio tua nunciatur.
At Virgo dum sedula voce salutatur,
Admirando, seriem rei peroontatur.
Cum te, inquit, Spiritus sanctus fœcundabit,
Tibique Altissimi virtus obumbrabit,
Paries, quem filium Dei gens vocabit;
Eique perpetuum Regnum pater dabit.

Incarnatio.

Ad consensum Virginis mox huc descendisti,
Et pudici pectoris templum elegisti:
Virginis pauperculæ cellam introisti,
Qua nostræ substantiam carnis assumpsisti.

Natiuitas.

3. *Pudoris signaculum seruans illibatum,*
Et quem Virgo concepit, Virgo parit natum:
Non decet vas flosculi esse defloratum;
Neque Deum tollere matri celibatum.
Cælo, terra, tartaro, tu qui dominaris,
Formam serui sumere iam non dedignaris:
Ter tribus in vtero mensibus versaris:
Sic minus ab Angelis paulò minoraris.

Quam

Digitized by Google

Quam potens benignitas, quam poteſtas pia:
Cælo terra præmittenus noſcitur in via,
Cui dant obſequia, Joſeph, & Maria.
Hunc canens Angelica laudat harmonia.
Maieſtas Deifica quantum inclinaris, In præ-
Cum Deus ex femina oriri dignaris? ſepio.
Numquid in palatio Rex cæli lataris?
Non, ſed in præſepio brevi reclinaris.
4. *Ieſus, quem Angelicus cœtus veneratur,*
Veſtibus purpureis natus non ornatur:
Sed in ſatis vilibus pannis inclinatur;
Sicque mundi gloriam pauper deteſtatur.
Natis Regum Principes ſolent congaudere,
Et altrices nobiles ubera præbere.
At hæc Deifica renuit habere,
Malens ſe paſtoribus natum exhibere.
Sola Virgo genitrix ſummi Patris nato
Lac fundit Virgineum ubere ſacrato.
Vagientem oſculo conſolatur grato. Infantia
Siſtit, fovet gremio, ſimque beato.
O felix puerpera ſola gaudens paris.
Eia quam & dulciter nato inſundaris.
Quam pia amplexibus Ieſum amplexaris.
Quam gratis obſequiis ipſi famularis.
5. *O Dei dignatio, quam mira probatur.*
Regitur potentia, Deus inclinatur.
Altitudo ſubditur, longum brevitatur.
Fit plana profunditas, latum anguſtatur.
Triſtatur lætitia, ſalus infirmatur:
Panis vinum eſurit, virtus ſuſtentatur.
Stitit ſum perpetuus, qui ſolum potatur.
Et ipſa quis ſatietas mira non miratur?
Qui ſub lege naſcetis, legem obſervaſti,
Circumciſus pretium noſtrum incœpiſti, Circum-
Dum pro nobis ſanguinem patri immolaſti. ciſio.

Adoratio Magorum.

Tunc etiam proprium nomen reportasti.
Magos duce sydere ad te perduxisti,
Quorum dens mysticis celi voluisti.
In Aegyptum transmeans hostem enasisti,
Exemplum debilibus in hoc reliquisti.

Præsentatio in Templo

6. *Manibus Virgineis templo præsentaris,*
Iusti senis brachijs parvulus portaris.
Per quem tu prophetice Deus praditaris.
Gentium lux Israel gloria vocaris.

Disputatio in Templo

Postmodum puerulus bis iam sexannorum,
Quæstus a Virgine in turba noterum;
Et in templo medio repertus doctorum
Audiens, interrogans mira secretorum
Filij, inquit genetrix, quid nobis fecisti?
Sic Iesu qua Patris sunt, tractare venisti?
Quæstus iam triduo cur sic latuisti?
Non tamen hominibus subdi renuisti.
Ex hinc ad trigesimum annum Salvatoris
Miror quis te transtulit calamus scriptoris.
Hic forsan suggeritur animæ lectoris,
Ne se nimis publicent acta iuntoris.

Baptismus.

7. *Baptizatus postmodum culpas nostras lavit,*
Tactu sacri corporis aquas consecravit,
Quem descendens Spiritus sanctus illustravit,
Voxque Patris Filium palam declaravit.

Jejunij defensi.

Hic Iesu dulcissime eremum subisti,
Ubique jejunijs corpus affligisti,
Et sum feris habitans Sathan confudisti,
Sic exemplum efficax omnibus reliquisti.

Vocatio Apostolorum.

Cumque tua placuit facta declarare,
Atque pœnitentiam mundo prædicare,
Incipis discipulos secum aggregare,
Quales solet faculum viles reputare.
Respuis Philosophos, vocas piscatores,
Et quos mundus despicit, efficis doctores.

Vt

Digitized by Google

Vt confundas fortia, dissipes tumores,
Per hos tibi subjicis terrarum rectores

8. *Hinc signis mirificis mundum illustrasti,* — Miracula.
Approbans conjugium, nuptias intrasti,
Et in vinum optimum aquam commutasti,
Paucis multa millia panibus cibasti.
Solo tuo mortuus verbo suscitantur,
Cuncta morbi genera protinus curantur,
Mari, ventis imperas, nec ultra turbantur,
Precipis demonijs, & mox effugantur.
Iesu benignissime, post gesta tam clara — Prædictio passionis.
Nuntia discipulis intimas amara:
Turbantur mox pectora talium ignara,
Immolandum indicas Te Crucis in ara.
Vrbes, Castra circuis populos docendo.
Fatigaris, sæpius, sitis discurrendo,
Molestiaris crebrius asperæ ferendo,
Atque plebis perfida mala sustinendo.
9. *Pergis Hierosolymam in asellæ sedendo,* — Triumphus Palmarum.
Te plebs gaudens suscipit, obviam procedens,
Iter sternit vestibus, palma ramis cædens,
Et agmen infantium te laudas incedens.
Vrbis desides prauidens casum perituræ, — Acta in urbe.
In templo mercantibus comminatus dure,
Inuident mox Principes, gens mentis impura,
Scisitantes, talia quo præsumis aure?
Prædicens quotidie tempus præstolaris, — Proditoloda.
Quo pro vita sæculi mortem patiaris,
Machinantur immundi modum, quo prædaris,
Spendent laeda pretium, vt eo prodaris.
Cænam cum discipulis post hæc celebrasti, — Cœna.
Quos tui mysterio corporis cibasti,
Pedes lauans singulis te humiliasti,
Ipsos post hæc pabulo verbis roborasti.
10. *Tunc palam discipulis mortem prædixisti,*

Et

Oratio in horto.

Et authorem criminis ludum ostendisti,
Orasque pro omnibus gratias egisti,
Et egressus protinus horum introisti.
Lucem nox præcluserat, omnes exiere,
Capisque cum radio Iesus pauere,
Monetque Discipulos paululum sedere,
Vt orandi spatium valeat habere.
Vere Iesus legitur pauens contristari;
Non præsumat igitur quisque indignari,
Si tristatum quempiam viderit turbari,
Quia magis studeat illum consolari.

Sudoris Sanguinis.

Tunc procedens modicum humo se prostrauit,
Et transferri calicem à se postulauit,
Sed patris arbitrio illud commendauit:
Ecce mox sanguineus sudor emanauit.

11. *Quis vnquam mortalium ob mortis honorem*
Auditur sanguineum fudisse sudorem?
Ex hoc forsan instruis scriptura lectorem,
Illi nunquam fuisse dolorem.

Captura

Adest statim proditor nutriusque vallatur,
Vt impiorum manibus innocens tradatur,
Et salutans subdole Iesum osculatur,
Sed Iesus blandissimis verbis hunc affatur.
Ad quod, inquit Dominus, amice venisti?
Num vt tradas osculo, quem tam vendidisti?
Senserunt protinus ruentes ministri,
Nec verentur fieri percuptores Christi.
Quis mirari sufficit in hoc Saluatorem,
Eiusque mirificum pectoris dulcorem?
Ex eadem dominat hostibus pectorem,
Admittens ad osculum pacis proditorem.

12. *O Iuda miserrime, vt quid sic egisti?*
Osculo pacificum necis tradidisti.
Quare beneficijs sic abutens Christi,
Bonis mala reddere non erubuisti?

Mi-

Digitized by Google

Ministri mitissima voce postulati
Quem quærant? continuò correpti prosternuntur,
Hinc pensent quam aspera erit vox irati;
Cuius verba dulcia nequiverunt pati.
Comprehensus denique nequiter tractatur,
Vinculis atrocibus, diris mancipatur,
Sic agno mitissimo verè comparatur,
Qui nec minas ingerit, neque relictatur.
Salvator mitissime, quam male vexaris?
Iam solus relinqueris, solus infestaris
Fugiunt discipuli, solus retentaris,
Opprobrijs varijs, sputisque fodaris.

13. *Eia nunc quò fugitis, vel latitatis,* — Fuga discipulorum.
Qui nuper cum Domino vos mori spopondistis?
Sed prior pro omnibus mortem subit gratis,
Ne pro ipso posthodum mori timeatis.

Petri negatio.

Sequens Petrus longe atrium intravit,
Sed ad vocem fœminæ Iesum ter negavit,
Quem dum Iesum respicit flendo suspiravit,
Et amaris lacrymis culpas expiavit.

Iudæ desperatio.

Videns post hæc proditor quod Iesus damnatur,
Detulit argenteos, quibus vendebatur,
Et recedens, laqueo miser suffocatur:
Sic mercede congrua latro præmiatur.

Christi irrisio.

Nox insomnis itaque tota ducebatur,
Nulla prorsus requies Iesu præstabatur.
Ministrorum impia plebs iniuriatur,
Alapis, & colaphis innocens tractatur.

14. *Falsi, Iesu, contra te testes inducuntur,* — Iniqua accusatio.
Facesque dissimilas cuncta, qua dicuntur,
Mane facto manibus vinculo nectuntur,
Ad Pilatum traheris, hostesque sequuntur.
Accusaris nequiter, sed nihil probatur:
Finguntur mendacia, verum occultatur,
Nec latebat iudicem, quod fraus operatur.

Ideo

Digitized by Google

Ideo te perdere Præses verebatur.
Herodis aspectibus post hæc præsentatur:
Multisque sermonibus tacens rogitatur:
Te Rex cum exercitu furenti indignatus,
Præsidi reduceris veste candidatus.
Iudæi tunc acrius instant accusantes;
Herodis, ac Præsidis fadere latantes,
Patienter toleras canes oblatrantes.
Et iniquis verbis te laniantes.

15. *Tacentem ad omnia iudex admiratur,*
Ab ipsis eripere Iesum conconatur.
Sed tumultus populi ingens suscitatur,
Et plebis vox insonat, ut crucifigatur.
O gens nefandissima, quare sic egisti?
Saluatorem abnegans, impium petisti,
Et latronem eligens, Christum perdidisti,
Sic ab eo defixi iure meruisti.

Impia sententia.

Videns Iudex denique se nil praualere,
Sed magis in populo tumultum augere,
Iudicauit fieri, quod hi petiere.
Exultat gens perfida, sui doluere.

Flagellatio.

Traditur militibus, vinculis arctatur,
Ad columnam figitur, dure flagellatur,
Vndique verberibus corpus crudelatur.
Sepelitur pietas, furor dominatur.

16. *Ecce caro tenera pij Saluatoris*
Ad columnam nequiter coarctata loris,
Sic flagellis cæditur impy tortoris,
Quod patent vestigia nunc vsque cruoris.
Post conflictum verberum vide quid agatur,

Varia opprobria.

Purpura indutur, spinis coronatur,
Arundo in dexteram quasi sceptrum datur,
Et illusus, genibus flexis adoratur.
Adoratum conspuunt faciem cadentes.
Feriunt arundine caput, hæc dicentes:

Pro-

Digitized by Google

Prophetando indicia te percutientes,
Talibus ludibriis instans illudentes.
O quàm longum singula fuêre cruciatus,
Sed quàm fuit longius tanta tolerare?
Lathali durities consilat laborare,
Qui amantem taliter negligit amare.
17. *Ecce post angustias tot iniuriarum*
Oritur acerbitas denuò panarum,
Quare sic supplicium nescitur amarum,
Dum quod post istum est, reputatur parum?
Nam per urbis medium Iesus procedebat, Baiulatio Crucis.
Suisque patibulum humeris sirebat,
Ad fores, ad ostia populus fluebat,
Eiusque confusio singulis patebat.
Occurrit nunc anima intuens amantem,
Gratis ad patibulum pro te properantem,
Sponsum tuum respice crucem baiulantem,
Tua suis crimina panis expiantem.
Triplicem intuetur turbam te sequentem,
Scilicet carnificum primam te prementem,
Iudaeorum alteram prorsus irridentem,
Amicorum tertiam anxiè lugentem.
18. *Tandem ad Caluaria locum transmeatur,* Crucifixio.
Et ibidem vestibus Iesus spoliatur,
Vt hinc quisque militum partem sortiatur:
Post hac in patibulo crucis coarctatur.
Ad pudoris cumulum, Iesu mi, nuderis,
Vt ventis ac frigori nudus exponaris:
Innocens cum impijs in cruce damnaris,
Et quasi dux reminis in medio locaris.
Stant à longe proximi, à nullo consolaris,
Sed assistunt undique per quos cruciaris;
A malignis perfidè seruis blasphemaris,
Et quod pene peius est, à tuis desolaris.
Cor tumens superbia desce non inflari,

Nec te, quasi, pigeat Iesum imitari,
Quem indigne consciis vlciscer tractari,
Qui pra cunctis meruit semper honorari.
19. *Disce falsam spernere gratiam honoris,*
Laudesque contemnere humani fauoris,
Dum te vilem reputat homo videns foris,
Tu te vilem oculis penses Creatoris.
Vt quid ergo murmurans miser indignaris,
Si coram hominibus vilis reputaris,
Et magis in oculis Dei confutaris,
Coram quo pro meritis vilis comprobaris?
Tensis longe brachijs manus conclauantur,
Cutis, caro a tribus clauis perforantur,
Nerui, vena, similis modo laniantur,
Nec vi tamen perfidi panis satiantur.
Sed ne desit quidpiam ad mortis horrorem,
Ferrum pedes penetrans cumulat dolorem,
Atque sic exacuunt impij furorem,
Posspanentes nequiter Domini timorem.
20. *Horrorem inexitum matres fouentes,*
Cutemque cum carnibus totam terebrantes,
Neruos cum subtilibus venis lacerantes,
Et compages ossium simul dissipantes.
Fundunt riuos sanguinis fontes Saluatoris,
Properans huc anima currat peccatoris,
Hauriat hic quidpiam sacrati liquoris,
Quo frequenter liniat vulnera doloris.
Oratio in Cruce *Denique melliflua verba charitatis,*
Promit Iesus, vaniam petens fleleratis,
O quantum exuberat vena pietatis,
Non disperet amodo quisquam pro peccatis.
Crucifigunt, laniant, penas cumulando,
Sed rependis gratiam pro eis orando,
Non diffidat panitens quisquam aliqu ando,
Salutaris gratia vepiam pensando.

O ad-

Digitized by Google

21. O admiranda pietas bonitatis Christi,
Ad te de patibulo clamanti voce tristi
Latro petit veniam, & mox indubitatis,
Quo spem panitentibus venia dedisti.
Pœnam, quam sustinuit, crimen exigebat,
At posquam in exitu vita panitebat,
Veniam consequitur statim, quam petebat,
Et perennem gloriam latus obtinebat.
Post hac matrem intuens Iesus aduenit, Ecce Ma
Eamque discipulo charo commendauit, ter tua.
Virginemque Virgini pulchrè sociauit,
Ex tunc hanc discipulus ut matrem seruauit.
O quam Virgo grauiter intus cruciatur,
Cum orbata filio alij commendatur;
Mira commutatio meritò probatur,
Cum seruus pro Domino Matris commutatur.

Comuer. sio boni latronis.

22. Loquens Iesus denuò, Sitio dicebat, Sitio.
Et acetum protinus felle quis miscebat,
Ac infusum spongia ori porrigebat,
Quod degustans paululum, bibere nolebat.
Heu Iesu mirifice, quid est quod agebas?
Tu de sitj conquereris, de cruce flebas.
Puto quod magnopere potum non petebas,
Sed salutem potius nostram sitiebas.
Venas iam exhaurerant rivuli cruoris, Christus
Euanescit prisfini species decoris; exanguis
Vultum tabes occupat liuidi cruoris,
Sic triumphat de Iesu pia vis amoris.
Corpus iam distenditur, & fauces rauescunt,
Contorquentur labia, crines perhorrescunt; Christus
Pia languent lumina, membraque rigescunt, tabescés
Et totius corporis vires delitescunt.

23. Vocem premens vltimam, Patrem inuocasti,
Spiritumque manibus eius commendasti; Moritur
Cum clamore valido tandem expirasti, ut sal

Sic salutis omnium opus consummasti.

Sol obscuratur. *Dum Salvator patitur, cæli obscurantur,*
Velum templi scinditur, tumba reseramtur,
Scissis petris corpora multa suscitantur,
Et natura Dominum pati protestantur.

O quantum Judaicam gentem nox premebat,
Quæ tanta miracula videns non credebat:
Sed quem vox prophetica cum signis promebat,
Moris tradens impiè nequiter spernebat.

Pilatus Virginis *Adstat Virgo Virginum cruci Salvatoris,*
Stat transfixa gladio intimi doloris,
Nati pœnas intuens, & vinus cruoris,
Intuitu illa figitur, quod hic tulit foris.

24. *Adstans unigeniti Genitrix deplorat,*
Quo se vertat anxia, proh dolor, ignorat:
Nunc plangit, nunc ejulat, nunc gemens adorat,
Sed gestus Virgineos dolor non deflorat.

Vultu Mater anxio respicit pendentem
Sanguinem vulneris largiter fundentem,
Nati vernis faciem in morte pallentem,
Nimirum sic laniat suam dolor mentem.

Nunc reposci debitum atroc ius natura,
Quòd sibi detinuit olim pressura:
Venasque cum fanore extorquent usura,
Quæ communi matribus debebantur iure.

Denuo parturiens experiris vere,
Quam sit Matri proprium nato condolere;
Nam amares gemitus cordis extorsere
Dolores, quæ Filium vernis suspinere.

25. *Gladio transfigeris doloris reuera,*
Tensa videns Fily brachia procera,
Pendens corpus regium velut in statera,
Membraque fundentia Sanguinem sincera.

Vultus luserale. *Cuius quæso valeat mens aut lingua fari,*
Quantum Virgo creditur intus cruciari:

Dum

Digitized by Google

Dum cernit iam mortui latus vulnerari,
Atque nati viscera lancea rimari.
Corpus quidem mortuum nil iam sentiebat; Exiuit sanguis & aqua.
Sed maternum lancea pectus transfigebat,
Quam fixam in Filij latere videbat,
Quo & aquæ, & Sanguinis liquor effluebat.
Misereri, Domina, miseris dignare,
Quos Iesus redimere dignatur tam carè,
Ipsaque te pietas cogat nos saluare,
Quæ te pati compulit pœnas, contemplare.
26. *Surge tarpens anima expers vanitatis,*
Aquas sperne sceleris, sume sanitatis;
Ecce fons purissimus, pater pietatis,
Affluunt vberrimæ rivi charitatis.
Ad hunc ergo propera fontem Redemptoris, Pia exhortatio ad lectorem.
Vt fluentis quidpiam haurias dulcoris,
Aquæ inde lauacrum pretium cruoris,
Hinc tui curatio profluat languoris.
O mira dignatio pij Saluatoris,
O verè mirifica pietas amoris,
Expers culpæ nosceris Iesu, flos decoris,
Ego tui, proh dolor, causa sum doloris.
Ego heu superbio, tu humiliaris;
Ego culpas perpetro, tu pœna mulctaris:
Ego fruor dulcibus, tu felle potaris:
Ego peto mollia, tu durè tractaris.
27. *Ad te, Pater, dirigo propitiatorem,*
Propter me qui proprium effudit cruorem.
Pater ne despicias, quæso, peccatorem,
Pro quo passum grauia nosti redemptorem.
Tua docet passio, Christe, dolorosa
Creatori vitia quàm sint odiosa,
Inferni supplicia quàm sint lachrimosa,
Atque cæli gaudia quàm sint gaudiosa.
Hinc, ò Lector diligens, facilè perpendis,

Iesum

Digitized by Google

Iesum passum intuens pro culpis delendis,
Atque pro supplicijs nobis auferendis,
Simulque pro gaudijs cali conferendis.
O quàm admirabilis amor comprobatur,
Cum Iesus pro virgis nostris immolatur,
Et pro pœnis debitis nobis cruciatur,
Suisque doloribus gaudia mercatur.

28. *Ergo tuis anima viribus conare*
Hanc amoris gratiam digne componere,
Hunc totis præcordijs gaudens amplexare,
Præter ipsum penitus nil velis amare.
Iesu, cordis gaudium, & dulcedo mentis,
Anima solatium in te confidentis,
Te benignè deprecor precibus attentis,
Mei memor singulis cultus si momentis.

Depositio Christi ex cruce.

O Iesu, quem turba cali veneratur,
Tuum quàm mirifice opus consummatur,
Iam de cruce tempus est, ut corpus sollatur,
Et labori requies ex hoc concedatur.
Nicodemus, & Ioseph post hæc affuerunt,
Qui nequaquam Domini neci consenserunt,
Hi pedum ac manuum clavos eduxerunt,
Atque de patibulo corpus sustulerunt.

29. *Nunc accedens propera genitrix orbata,*
Fia nati vulnera terge cruentata,
Oscula vulneribus imprimens beata,
Sanguinis libamina collige sacrata.
Cuius unquam integre cor exsoguisti:
Quanto Maser findor vulnera mostrasti,
Et tractando lachrimis tergere curasti,
Quamque crebris ofculis illa delibasti?
Iam Virgo dulcissima, iam cessat ploratus,
Ecce dolor Filij cessat tumultatus,
Instatque lætitiæ dies exoptatus,
In qua iam à mortuis sit resuscitatus.

Syn-

Digitized by Google

Syndone Dominicum corpus implicatur,
Et cum aromatibus sepultura datur,
Sed vt à discipulis furtim non tollatur,
Militum custodia tumulus vallatur.
30. *Magdalena denique locum observabat.*
Quæ IESV præcipuo amore flagrabat,
Pernigil aromatum unguenta parabat,
Quibus hæc perungere IESV M. festinabat.
Atqui luce Dominica, dum hæc peragebat,
Dominus ab inferis victor resurgebat,
Hinc captivus erueni, quos Lymbus habebat,
Et tumba cum linteis vacans apparebat.
Terræmotus vehemens factus est repente,
Et descendit Angelus Domino largente,
Tunc custodes vigiles consternati mente,
Fiunt velut mortui metu perrugente.
Postmodum à tumulo territi fugerunt,
Et Iudæis seriem rei retulerunt,
Quos illi pecuniis multis corruperunt,
Et fabulatum dicerent furtim, fuisse runt.
31. *O quàm mira cæcitas Iudæi premebat.*
Quam cæca cupiditas milites vrgebat?
Sic hinc inde veritas occulta latebat:
Sed hoc diù fieri IESVS non sinebat.
Manè prima Sabbati surgentis aurora
Magdalena affuit affluens amore,
Sed dum vernit tumulum absque Saluatore,
Flens gemit & ciulat anxia dolore.
Adstans ad hæc specie Dominus ignota,
Hanc affatur dulciter, meus vi submota,
Quem quæris sic lachrymans, mulier deuota?
Promere ne timeas cordis tui vota.
Secretorum cognitor, qui corda scrutaris,
Tu causas tristitiæ quare percontaris?
An amantis lachrimis pie delectaris,

Cuius

Fuius: Christi.

Resurrectio Christi.

Mulier. ad suum mentum

Mulier, quæ quæris?

Cuius desiderium cordis tu probaris?

32. *Illa, IESV, præter te nil prorsus quærebat,*
Te corde, te labys solùm sitiebat,
Pro te sexus immemor arma non timebat,
Pro te gemens anxie, pro te flens dolebat.
Hortulanum itaque hac Iesum putabat.
Sed sic spiritualiter non multum errabat,
Nam sentes perfidia iam eradicabat,
Atque flores fidei plantare curabat.
Tunc vocem pijssimi Saluator miserit,
Et eam ex nomine Mariam vocauit:
Ac hac post agnum gaudens adorauit,
Adorantesque gaudio multos exultauit.

Frequès Christi apparitio.

Tu, Iesu, dulcissime, postquam surrexisti,
Sæpe te visibilem tuis præbuisti,
Cibos cum discipulis denique sumpsisti,
Et ipsis cernentibus cælos ascendisti.

23. *Quanto putas gaudio Genitrix impletur,*
Quando impassibilem natum intuetur
Resurgentem, gaudio lucidus mox deletur,
Et noua lux oritur, qua non auferetur.
Nunc doloris gemitus omnis propulsatur,
Mœror in lætitiam mire commutatur,
Dum mors tenebricosa victa conculcatur,
Et deuicto vitio virtus restauratur.
Sed si visu Discipuli gaudent Saluatore,
Qua putas lætitia gaudet ampliore
Viso suo Genitrix redeunte flore,
Quem extinctum videbat super in mœrore?
En tibi Virgo paterni fecure gaudere
Tibi neguat amodò dolor præualere,
Sed nec vltrà corpori valet mors nocere.
Pia nobis igitur Mater miserere.
Amen.

Explicit. Deo gratias.

MEDI-

MEDITATIONES EIVSDEM
S. ANSELMI EPISCOPI
De gestis Domini nostri Iesu Christi, & maximè de Passione ipsius.

Introductio ad meditationes.

1. IESV CHRISTI celeri miseratione,
Et MARIAE Virginis intercessione
Spero quod hac meditatiõ ex intentione,
Lachrymis plorabit se ex compassione.
En verba Apostoli omnibus promuntur:
Conregnantes sunt, qui compatiuntur,
Qui certans legitimè, hi coronabuntur,
Et qui se dyudicant, non iudicabuntur.
Ergo Christi vulnera decet nos pensare,
Condolendo intimè plorando amare,
Dei adiutorio hostes superare,
Discussaque crimina flendo expiare.
Idcircò, qui legis subscripta, dignare
Vigores affectuum simul congregare,
Vanitates studeas mentis elongare,
Legendoque moraliter nolis festinare.
2. Si Iesum vis sapiũ in his cognitare,
Non sit opus iugiter totum recitare,
Sed vbi te citius possis excitare,
Et deuotum animum dulcius cibare.
Sic legendo habeas lector tuam mentem
Quasi Iesum intuens puerum lactentem,
Per ætates singulas iuuenem crescentem,
Item cernas Virginem illi famulantem.
Pandentem miracula, mortem patientem,
Penè vndique & semper ipsum imitantem
Sui panas Filij acriter plorantem.

Tormentaque ſingula mente tolerantem.
Quamuis enim pagina non videtur clarè
Virginis mæſtitiæ modum declarare,
Tamen inde conuenit nos penſitare,
Et in corde ſæpius auidè tractare.

Deplora tio ignorãtiç humanæ.

3. *O Homo miſerrime, quid ſis memorare:*
Necnon ad quid factus ſis, ſemper recordare,
Qualem Deus fecit te, miſer meditare.
Heu qualem feciſti te, nequis cogitare.
Bonum ſatis fecit te, qui cuncta creauit,
Ac ſæpe refecit te, quem peccatum ſtrauit:
Heu, heu cur ingratus es ei, qui te lauit,
Suo ſancto ſanguine, quem pro te ſtillauit.
O nequam, uaniſſime, inuide, pompoſe,
Iracunde, cupide, fornicans, guloſe,
Mendax, piger, negligens, detractor, doloſe,
Omnis mali ſeruus es, nimis uitioſe.
Reſipiſce peſſime, dum te uocat Deus,
Ne die iudicij puniaris reus,
Non ingratus maneas, ut falſus Iudæus;
Sed clama ſæpiſſimè: parce Deus meus.
4. *Erubeſce anima impia, ingrata;*
Heu cur non conſideras? cur es obdurata?
Flendo duſpiria, gemeque proſtrata,
Vt tua cunctipotens deleat peccata.
Heu me quanta eſt animæ hebetudo;
Quam diuerſe occupat ſæpe turpitudo,
Cui ſanctimoniæ deeſt habitudo,
Niſi ficta forſitan uix ſimilitudo.
Rarò ſe opus videt uix recordari:
Vix ut oret miſera poteſt excitari:
Legere deſiderat, magis quam precari,
Sed heu uanitatibus nequit ſatiari.
Nam dum Altiſſimum orans deprecatur,
Penè inutilia ſæpe meditatur,

Heu

Heu veam esse si nec recordanur,
Sed discurrens undique vana pervagatur.
5. *Apparere nititur à foris agmina*
Sed manet interius, prob dolor, vulpina,
Debita feritas dum agit divina,
Semper in voluendo est, ut sunt moleudina.
O quoties opus à te factum auertit,
Et ad curas nexias sibi se conuertit?
Quæ deberet facere non animaduertit,
Sed se male occupans seipsam pervertit.
Nempè carnis labia canunt verba vitæ,
Et adorat sapius corpus quadens in vitæ.
Sed hoc malum animæ est Dei oblita,
Et nuda benitatibus, vitijs attrita.
O cordis vesania multum abhorrenda,
Grauiter à Domino iuste punienda,
O cordis discursio ingiter defienda,
Et iuuante Domino à cunctis plangenda.
6. *O cordis vagatio, o inquietude.*
Heu, heu hæc est anima mea agrisudo,
A qua elongata est nova sanctitudo,
Et perfecta criminis sui punitudo.
Deus meus sana me tua medicina,
Corporis, & animæ dignum morte bina:
Salutaris calicem mihi mox propina.
Et ad inuandum me, deprecor, festina.
Parce una Trinitas, unitasque trina,
Pater, Filij, Spiritus, Maiestas Diuina:
Parce qui creasti me, ne fraus serpentina
Me trahentem opprimat mortis ruina.
Pater te per Filium deprecor Hesum,
Vt te solum diligam, sat & ut me sciam,
Cogitem continue passionem diam,
Humilis in oculis cordis ego fiam.
7. *Propter Matrem Virginem rogo, Iesu bone,*

Vt cor meum vulneres tua paſſione,
Inde iugi perfruar meditatione,
Et Mariæ Virginis ex compaſſione.
Deus, ſancte Spiritus, qui in deitate
Es perſona tertia, plena pietate:
Obſecro propitium mihi ſemper da te,
Fac vt memor Chriſti ſim Paſſionis grate.

Dei beneficia.

Deus quanta debeo pietati iſti:
Qui me ad imaginem tuam condidiſti,
Quem vilem vermiculum facere quiuiſti,
O quàm multa munera huc vſque auxiſti.
In peccatis genitum baptiſmo mundaſti,
Victus neceſſaria ſemper miniſtraſti,
Formam, cenſus copiam, honores donaſti,
*Et in loco * optimo me nunc collocaſti.*

* Videtur hic Anſelmus loqui de ſuo monachatu. Vide in legenda & comment. n. 25. & 26

8. *Heu his donis omnibus ſcio me ingratum,*
Quia non cuſtodio Domini mandatum,
Sed negligentiſſimum reddo famulatum:
Atque nimis pronus ſum ad omne peccatum.
*O dolor, ò gemitus, quid eſt quod * ego feci?*
In quantam verſutiam me ipſum deieci?
Non eſt malum aliquid, quod ego non feci,
Heu in bonis omnibus non eſt quod perfeci.
Heu quid aget anima ſic in malis ſtrata,
Quæ fatet in vitijs velut reprobata:
Certe hic petenda eſt vt ſit aduocata.
Quæ ſæpe refugium eſt reis probata.

Homimis ingratitudo.

* Et dolens de acceptâ ab Henrico Epiſcopatus inueſtitura. Vide ibid.

Deprecatio ad Virginẽ Mariam

O miſericordiæ Mater, & Regina,
Semper Virgo permanens, Genitrix Diuina,
Miſerere animæ, quæ iacet ſupina,
Oppreſſa multiplici peccati ſentina.
9. *Tibi pro Deo ſupplico, per quem venit vita,*
Cuius eſt clementia vbilibet ſita,
Per quem eſt aſtutia dæmonis contrita,
Vt nati iuſtitia per te ſit lenita.

Pri-

Digitized by Google

Primum fac, ut diligam Dominum perfectè,
Numquam eum deseram meditando, nec te:
*In fide * catholica semper vivam rectè,*
*Carens omni scandalo * infidelis secta.*
O quanta sunt gratia, quas per te recepit
Homo olim perditus, quem damon decepit,
Dum ex te altissimus naturam suscepit,
Et misericordiæ nos invare capit.
Maiestas altissima se exinaniit,
Et in te purissima carne se vestiit,
Cursu novem mensium completo prodiit,
Sine voce parvulus, qui immensus vivit.
10. *En quantum omnipotens pro te inclinatur,*
Et adhuc vir furiose cor tuum sustatur?
Deus, Dei filius pro te lachrymatur,
Et adhuc in risibus cor tuum latatur?
Deus pauper nascitur, & tu vis ditari?
Ponitur in præsepio, tu vis honorari?
O fatens superbia disce non fatuari,
Quia idem iussit nos ipsum imitari.
Inops, & in frigore nascitur in via
Quem lactat & balneat & nutrit Maria,
Molestia non spernere docet nos hic pia,
Dum flet, fritt, ejurit Christus, proles dia.
Infans pessime mis miserere
Peto pro obsequijs Matris tam sincerè,
Dona mihi lachrymas charitatis veræ,
Vt tuis doloribus possim condolere.
11. *Heu, cur non compatior respuendo risus,*
Et amaris lachrymis abluendo visus,
Dum puer teneerrimus doles excruciatus,
Quem cum choro calico laudat Paradisus?
Angeli pastoribus te nunciaverunt,
Ac Magi muneribus te adoraverunt,
Verdere te perfidi mox prosecuti sunt,

Sed

ex constitutione edita Henrici Manichilli magistri. Vide tom. n. 86. 87.

Improbatio ignorantiæ humanæ.

Christi Nativitas.

Circumcisio.

Adoratio Magorum.

Sed tecum à Patria parentes fugerunt.

Fuga in Ægyptũ.

O quis non compatitur tantillo infanti
Tàm citò insidias pati inchoanti,
Labores itineris huius toleranti,
Atque Matri Virgini ipsum baiulanti?
Nam Matrem, quæ egredi domum vix solebat,
Modo causa Filij in tantum cogebat,
Quod à sua patria nocte fugiebat,
Cum recenter edito, quem secum gerebat.

12. *O Iesu pijssime, ò puer tenelle:*
Pro amore obsecro Mariæ puellæ,
Omnis tuæ reple me passionis felle,
Meque tibi ingiter servire compelle.
O Virga fructifera, ò flos fœminarum,
Angelorum Domina, & orbis terrarum,
Pande mihi, supplico, quidquid sit amarum,
In cunctisque passa es pro salute animarum.
Vtinam tunc Iosephi servulus fuissem,
Certè libentissime te, Iesu, gessissem,
Vel ad minus asinum Virginis duxissem,
Et cuncta servitia gaudens impleuissem.
Poma, rosas, lilia, vellem collegisse,
Et quidquid puerulo posset placuisse;
Heù, cur non licuit mihi te vidisse,
Et paruulo pulcherrimo prædicta fecisse?
13. *Fortè, pie paruule, me non repulisses,*
Sed meum officium gratè accepisses,
Ac servo sollicito clemens arrisisses,
Nec non indulgentiam precanti dedisses.

Disputatio in templo.

Dum puer duodecim annorum moratur
In templo Ierusalem, Mater contristatur,
Quem dum quærens reperit, cum Ioseph miratur,
Qui doctos interrogat, & stupenda fatur.
O quis nouit gemitus Virginis dolentis,
Sunm vnigenitum triduo quærentis,

Cur

Digitized by Google

Cur sic ille fecerit, pie conquerentis?
Hoc dolore vulneres, Iesu, cor legentis.
O quam sæpe assimo, dixit Mater Christi,
Heu meum solatium cur me reliquisti?
Quò mi nate vnisce, heu quò iuisti?
Redi precor, Fili mi, redi Matri tristi.
14. *Virtutum post Iesum sic cor meum langueret,*
Et quærendo iugiter intimè doleret,
Fortè clementissimus mihi appareret,
Ac sua clementia firmam spem præberet.
Sed heu, Iesu, cor meum hoc caret languore,
Raro enim quærit te, nec tunc cum feruore,
Tibi illud, Iesu mi, retrahe timore,
Quieta dulcedine restringe amore.
Subderis parentibus, regens Vniuersa:
Cui cuncta seruiunt, seruis vice versa.
O Diuina charitas, nimis es dispersa,
Dum pro nobis miseris sustines aduersa.
Baptizatus promeris à voce paterna, Baptismus.
Descendense super te columba superna.
In deserto eſuris, o virtus æterna,
Victo hoste congregas agmina fraterna.
15. *Vocatus ad nuptias incepisti signa,*
Matre admonente te omnibus benigna. Aqua facta vinum.
O cur reprehenditur Genitrix tam digna,
Qua nulli negauit sua pietatis signa.
Tamen quod suggesserat, statim faciebas:
Quia nihil poterat nisi quod volebas;
Nam in vinum optimum aquam conuertebas,
Et per hoc discipulos ad fidem trahebas.
O Virgo purissima plena summis bonis,
Ditas omnes miseros tuis sacris donis:
Reple vino optimo nos deuotionis,
Vnicum irriguum da compunctionis.
Heù, benignissima Mater benedicta,

In

In nobis deuotio non eſt niſi ficta :
Frigida ſunt pectora animaque afflicta ,
Succure mox miſeris ſpes reorum dicta .

16. *Ieſu benigniſſime , ob Matris honorem ,*
Verte corda frigida in tuum amorem :
Vt ſemper multiplicem penſemus laborem ,
Quem pro nobis paſſus es , multumque dolorem .
Nam in exercitijs te exemplum dando ,
Quod nos doces facere , imples pernoctando
In orationibus , & in vigilando ,
Fatigaris , eſuris , ſitis laborando .
Villas , caſtra circuis , regnum prædicando :
Miracula. *Surdos , mutos , languidos , cæcoſque curando .*
Expellendo dæmones , mortuos leuando ,
Pluribus das veniam peccata laxando .
Diſputando etiam diceris laſſatus ,
A Iudæis ipſis ſæpe reprobatus ,
A quibus multoties es iniuriatus ,
Necnon aliquoties ab his blaſphematus .

17. *Pro me quanta ſuſtines ô beatitudo ?*
Pro me fis vt debilis , Dei fortitudo :
Pro me vilis viſa es , vera pulchritudo :
Et fis quaſi indigens , ſumma plenitudo .
Pro me anguſtata es , longa latitudo ,
Pro me breuiata es , lata longitudo ,
Pro me inclinata es , magna altitudo ,
Pro me prona immines , alta magnitudo .
Cur tot dura ſuſtines , tanta celſitudo ?
Tibi nimis recta eſt tua rectitudo :
Ergo me tot munerum vincat multitudo ,
Vt in me ſit erga te ſemper gratitudo .
Conſummato tempore prædicationis ;
Triumphus Ieroſolymorum. *Sic ſuper aſinum , qui ſedes in thronis*
Properas Ieruſalem , cauſa Paſſionis ?
Turbæ vocem reſonant venerationis .

Nunc

Digitized by Google

18. *Nunc festina anima, curre sine mora:*
Quia, ut considerat, ecce venit hora.
Dominum cum cæteris colaudans adora,
Vt secum te ducat ad crucem implora.
O quantum gaudi sunt Mater & amici,
Cernentes à populo Iesum benedici,
Christo, David Filio, Osannaque dici:
Sed heu, inde invident eius inimici.
O mea fiducia, Genitrix beata,
In laude tui Filij valdè iucundata,
Heu, quanta tristitia eris cruciata,
Paulo post cum videris cuncta hæc mutata?
Nam in necem Filij Principes maiores Christus vendunt
Ineunt consilium, legis transgressores,
Confitunt pretio, pessimi emptores
Permittunt se fieri Iuda debitores.
19. *Heu, heu, mea Domina, Virgo singularis;*
Venditus est Filius, & adhuc lataris?
Heu, cur vanigentium clare non precaris,
Vt prius quam fallax sit, ipsa moriaris?
Tu nati præsentia multum delectaris,
Et affectu maximo ipsum imitaris:
Heu, de tua anima minus meditaris,
Torquenda in proximo luctibus amaris.
Heu, quamdiu torpeo in corde tam duro,
Et nihil compatior Iesu moriturо?
Vel dolori maximo paulo post futuro
Meam dulcem Dominam fore peremptum?
Iesu, cui nihil est penitus occultum,
Vsquequo sic sustines secum Iudam stultum?
Qui dum tibi exhibet simulatum cultum,
Tempus, in quo tradat te, optat nimis multum.
20. *Tunc missis discipulis cum signo lagenæ,* Canat.
Pergis ad hospitium præparata cænæ:
Tunc sedes in medio turba duodena,

Digitized by Google

Mandas vt se inuicem diligant sereno
Tunc te, vt prædixerat, dicis moriturum,
Et ex eis vnum te fore traditurum:
Eorumque quemlibet à te fugiturum,
Sed & Petrum nolle hac ter te negaturum.
O dolor, ò gemitus, quantum turbabantur!
Ac de tanto scelere omnes trifabantur,
Quando nolle fugere se pollicebantur,
Et quis esset traditor, mox sciscitabantur.

Pedes la tat. *Exemplum interea das humilitatis,*
Subditorum pedibus à tenet lauatis:
Sed & corpus proprium das in cibum gratis
Illis, atque omnibus in te baptizatis.

Electio nihil in stitut. 21. *O quid ego faciam massa peccatorum!*
Omnium miserrimus qui sum miserorum,
Dum tu fletûs genua rex vniuersorum,
Ac lauas vestigia horrum feruorum?
Iesu clementissime, fons amoris casti,
Tu mortales homines in tantum amasti,
Quod te ipsum credulis in cibum donasti,
Et vt tui memores te sumant, mandasti.
Christe benignissime, Fili Summi Dei,
Precor indignissimus miserere mei,
Tantum charitatis da, fides, atque spei,
Vt dignè misterium sumam tanta rei.
Quid hinc reddam gratiæ, qui me sic donasti?
Qui tuo mysterio tanto dignasti?
Ac indignum miserum semper toleraſti,
Et cum tuis famulis manere donaſti?

22. *Heu, mihi quid faciam, ò summa dulcedo?*
Cur indeuotus sum dum te ipsum edo?
Heu, nimis culpabilis, & durus acedo:
Heu, illic durus sum, durusque recedo.
O Iesu, quid faciam vermis, & putredo?
Cuius mentem opprimit peccati nigredo,

Me

Digitized by Google

Me minisſrum dignum ſac Deus, in quem credo,
Pro amore Virginis Matris intercedo.
Mirum est cervissimè, quod te comedendo
Anima non liquefcit parè diligendo:
Sed heu, eſuria, duraque rependo,
Nec molliri valeo paululum deſendo.
Parce mihi Domine piè tribuendo,
Vt compungi ingiter queam te ſumendo,
Semper Matrem Virginem atque te colendo,
Tuam cænam ultimam mente recolendo.

23. *Oſt mea Domina tunc præſens fuiſſes,*
Et tradendum Filium hac nocte audiuiſſes:
Cibum, vt exiſtimo, prorſus non ſumpſiſſes;
Sed amaris lachrimis ſtatim ſe dediſſes.
Heu mihi, cariſſima, heu, dilecta mea,
Lanx ſanctorum omnium, nunquam ſemel rea:
Viinam exiſteres nunc in Galilæa,
Ne videres Filium paſſum in Iudæa.
Vie Ieſu ſupplico pro Matris amore,
Reple me grauiſſimo tuo nunc dolore,
Vt tibi compatiens maximo feruore,
Suſpirando rugiam fletu largiore.
Cernam cordis oculis te tamquam præſentem,
Paſſiones ſingulas pro me ſuſtinentem,
Tuam Matrem inxta te tibi condolentem,
Ad tormenta ſingula quaſi morientem.

24. *Virgo Dei Genitrix, præ cunctis beata,*
Pro miſericordia precor ex te nata,
Pande mihi qualiter fuiſti grauata,
Tua prole coram te tantum cruciata.
Mea, mea Domina, plena gratiarum,
Dona mihi obſecro tuum cor amarum,
Et abundantiſſimos rinos lachrimarum,
Vt tuarum ſentiam vim angustiarum.
Viinam ex munere tuo, Ieſu Chriſte,

Torqueat me quotidie nimis dolor iſte,
Sicut Matris Virginis cor torquebat triſte,
Dum te crucifixerunt crudeles laniſtæ.
Deus homo, quis de te cogitet intentè,
In nimis paſſibili corpore manente,
Paſſo tot anguſtias corpore & mente,
Et totus in lachrimas non ſtuat repentè?
25. *Quis ò Dei Genitrix poteſt meditari,*
Te deflente Filium pœnis cruciari,
Ac tantis anguſtijs iam iam fatigari,
Et non poteſt ſubitò ad fletum mutari?
Heu mihi duriſſimo, cur ego non ploro?
Heu ut quid tam durus ſum, dum te Matrem oro?
Domina circumdata ſupernorum choro,
Lachrimas uberrimas da mihi te imploro.

Orat. in horto.

Audi Ieſum, anima, uelut nunc præſentem,
Surgite, eamus hinc, *fratribus dicentem,*
Ac reſponde concitè deprecans loquentem;
Fac me Ieſu ſequi te ad mortem pergentem.
Vide hunc diſcipulos orare monentem,
Et orando patrem ter in terram ruentem,

Sudat ſangui-nem.

Carnem in anguſtia, triſtem, & pauentem,
Ac ſudorem ſanguinis ab ipſo fluentem
26. *Quid facis fortiſſime Fili Dei uiui?*
Numquid tu tam triſtis es, ut ij pandunt riui?
De tanta anguſtia nunquam iam audini,
Et tamen ut debui, flere heu nequini.
Quid ſi mea Domina hæc præſens uidiſſet,
Nunquid cum Apoſtolis ipſa obdormiſſet?
Nequaquam certiſſimè, ſed multum fleniſſet,
Et dolore nimio penè defeciſſet.
Heu, heu, mea Domina, ſemper Virgo pura,
Hora eſt iam proxima, dies cras futura,
Quando unigenitum tuum es uiſura,
In cruce deficere morte nimis dura.

Sed

Digitized by Google

Sed nunc cerne anima turbam malignantem,
Et ludum falſiſſimum IESVM eſculantem,
Ad quid Iudas venerat? audi ſciſcitantem,
Et illum nequiſſimum, amicum vocantem.

27. *Tunc voce leniſſima Domino dicente*
Ad eos, quem quæritis? corruunt repentè,
Quid factum erunt tunc Ieſu venientè
Iudice terribilis illis apparente?
O quis ſine gemitu poteſt cogitare,
Illos impiſſimos te Ieſum ligare,
Manuſque ſanctiſſimas tam duræ arctare,
Heu, cur ego peſſimus nequeo plorare?
Tunc omnes diſcipuli metu fugientes, Ducitur ad Annã
Heu, ſolum relinquunt te inter ſæuientes,
Corrà nimis duri ſunt corde, intuentes
Te ad Annam duci, ſi non ſunt dolentes.

28. *O ſancti diſcipuli, ô mei Patroni,* Fugiunt Diſcipuli.
Cur non fidem factis veſtra ſponſioni?
Sed fermo veriſſimus eſt magiſtri boni,
Dum ad fugam concitam eſtis tam proni.
Attamen intelliga multum vos triſtari,
Et in mente grauiter intus cruciari.
Sed peto dignemini Ieſum deprecari,
Vt mihi maſtitiam det cordis amari.
O Virgo ſanctiſſima, ſi tu preſens natum Crucifixer me cognat.
Cerneres ab impijs tam ſtrictè ligatum,
Et deſpicabiliter ab illis tractatum,
Verè amariſſimum daret eiulatum.
Nunquid tu non ſonoras qualiter eſt Ieſus
Captus à malenolis, vinculiſque laſus?
Heu cur meus animus permanet triſtatus,
Dum Chriſtus eſt alapa apud Annam caſus? Alapa creditur.
29. *Vſquequo pyſſima differs vulnerare*
Meum cor anguſtys tua prolis chara?
O mea fiducia, ſupplice dignare,

Di-

Digitized by Google

Dolores & vulnera pati mihi dare.
Contemplare anima Iesum destitutum,
Et in duris vinculis arcte constitutum,
In prauo concilio principum statutum,
More agni simplicis nil esse locutum.
Confitere venerans falsè accusatum,
Mittitur ad Caypham. *Derisum à Caypha, & interrogatum:*
Sed bene intellige rursum reprobatum,
Et futurum iudicem Iesum esse datum.
Christe benignissime qui es aduenturus
In die nouissimo nos iudicaturus,
Iustis delectabilis, eos saluaturus,
Ininstis terribilis, eos damnaturus.
30. *Obsecro pyissime, ob cruorem dignum,*
Quem fudisti propter me super Crucis lignum,
Tuum vultum mihi tunc ostende benignum,
Ne formidem aliquem spiritum malignum.
Propter Matrem Virginem, quæ à dextris tuis,
Tunc sedebit nobilis, vt oret pro suis,
Salua in perpetuum me cum sanctis tuis,
Qui nunc super impios atque pios pluis.
O quis sine lachrimis potest meditari,
Iesu, quid te permiseris tantum tribulari,
Blasphemum à Caypha te iudicari,
Ad mortem turpissimam à pranis damnari?
Irridetur, conspuitur. *Post hæc ferè singuli in te irruentes,*
In preclaram faciem turpiter spuentes,
Alapas & colaphos vndique præbentes,
Ad lugendum excitant amatorum mentes.
31. *Dolens cerne anima istos sæuientes,*
Heu, capillos capitis, & barbæ vellentes,
Ac velatam faciem palmis ferientes,
Simul quidquid poterant, mali facientes.
Soliloquia. *O dolor, ò gemitus, quare miser ego*
Intimè non doleo, dum hæc mala lego?

Nisi

Digitized by Google

Niſi quia malus ſum, & hoc ipſum tego,
Et heu aliquoties ſic me eſſe nego.
Delicata facies Dei Ieſu Chriſti,
Vide me his oculis, quibus reſpexiſti
Petrum ter negantem te, ſicut prædixiſti,
Vt tibi compatiar pro me nimis triſti.
O Iudæi impy ſuperbi & vani,
Quare inſanitis ſic velut veſani?
Deus, Dei Filius eſt, ò nimis prophani,
Quem vos ſic affligitis velut inhumani.
32. *Ieſu potentiſſime, Filii Dei veri,*
Quare vis pro miſeris tam vilis videri?
Certe nimis plenus es amoris ſinceri,
Dum à viris impijs tantum vis torqueri.
O ſi mea Domina te videres ſtantem,
Ac tantas anguſtias pie tolerantem,
Nullum, vt æſtimo, quis videt ſic plorantem,
Sicut eam cernere ac pati optantem.
Heu, quid futura eſt, ò digna maieſtas,
Maria, qua aluit te, ſummæ poteſtas,
Cras cum cernet te cadere per manus infeſtas,
Et virtutes corporis arentes vt teſtas?
O mea fiducia, ſi natum dilectum
Multis contumelijs, & pœnis affectum
Blaſphemari cerneres in Crucem erectum,
Eum eſſe diceres nimium directum.
33. *Heu, heu, mea Domina, qualem dabis luctum*
Paulo poſt cum videris ventris tui fructum
Ad tormenta grauia à peruerſis ductum,
Ac tortum defecere, quaſi nam deſtructum?
Ieſu, qui Deus es, & homo perfectus,
Quare vis tam viliter ſedere deſpectus?
Heu, pro nobis miſeris tam eſſe ſubiectus?
Pro nobis ingratis, & penitus abiectus?
Videns pro ſe Dominum indigna ſubire,

Quis

Quis eſt fidelium, qui audet ambire?
Aut de tuis donis amplius ſuperbire?
Imo ſpretis omnibus poſt Chriſtum venire.
Decet nempè *ſingulos, qui volunt ſalvari,*
Propriam *miſeriam ſemper contemplari,*
Linguæ *ſpretis laudibus vanè non lætari,*
Sed *deſpectum* **D**ominum *pie imitari.*
34. *Abſit ergo altum quid de nobis ſentire,*
Dulce ſit iniuriæ ſermones audire,
Pio corde iugiter demus locum iræ,
Studeamus omnibus benè obedire.
Heu *mihi nequiſſimo amanti laudari,*
Qui licet culpabilis, renuo culpari,
Ac ſæpe laudabilem me præſumo fari:
Heu *mihi, quis peſſimo poteſt comparari?*
O *Ieſu pijſſime, qui es vera vitis,*
Foue me vt palmitem, & fac vt ſim mitis;
Mihi ſit iuſtitiæ perſeuerans ſitis,
Oro auctor nunquam ſim, ſed ſedator litis.
Mater Dei obſecro tuam pietatem,
Vt mihi veriſſimam des humilitatem:
Expellas inuidiam, & aſperitatem,
Et perfectam impetres mihi charitatem.
35. **O** *mea fiducia, Mater Creatoris,*
Iam me tibi offero, nutrix Redemptoris,
Me gubernans adiuua, precor, eunctis horis,
Fac me tui memorem gladij doloris.
Licet *nemo, Domina, poſſit plenè fari*
Dolores, quos paſſa es morte nati chari;
Tamen inde decet nos ſæpe meditari,
Ac plorando intimè tecum contriſtari.
Idcirco, *pijſſima, ſupplico dignare,*
Inde verum aliquod cordi meo dare,
Facque me id taliter ſcribendo ſignare;
Vt illud amantes te poſſit excitare.

Sed

Digitized by Google

Sed nunc vide, anima, illos insidentes,
Indarum Principes in Christum frementes, Sistunt Pilato.
Vinctum derisorie per vicos trahentes,
Ad Pilatum Præsidem cum deducentes.

36. *O Iesu, qui nequiter pro me es ligatus,*
Falsis testimoniis pro me accusatus,
Sed & cum latronibus pro me deputatus:
Vt tibi compatiar mihi da ploratus.
Precor fac me nuncium meæ Salutricis,
Virginis pyssimæ, tuæ Genitricis:
Quatenus mox veniat ipsa, & amici,
Et spectent qua facinus tibi inimici.
Propera nunc anima, quamvis non libenter,
Enuncians hæc Domino, & fac reuerenter,
Circumspecte faciat simul & prudenter,
Ne ipsa accipiat hoc impatienter.
Nunc quasi præsenti dic voce inclusa,
Laus tibi puerpera, Virgo speciosa,
Obsecro pyssima, Mater gratiosa,
Hæc tibi qua refero, ne sint enerosa.
37. *Bene nosti Domine, quia incarnatus*
Es in te omnipotens, & in mundo natus,
Et cum peccatoribus diu conuersatus,
Vt nos ipse redimat, pro nobis humanatus.
Ob hoc quantum granales noli conturbari,
Ne plus natum facias pro te molestari,
Sed ab ipso unam rem dignevis precari,
Vt mihi det plurimum pro se contristari.
Ac si roget ipsa, quid habes amare?
Tu dic: cuni Domina, & qui speculari
Iesum tuum Filium, vel cum se pari,
Qui pro nobis incipit Patri immolari.
Tunc ipsa intelligens captum suum natum,
Et demum in vinculis ductum ad Pilatum,
Mox in amarissimum desluet ploratum,

Et corpus in terram comitatis prosternam.

38. Sed mox charissimi compassa amore,
Confugiens quamvicius profusa pallore,
Properat ad Filium confecta marore,
Rugitum Virginis comprimens pudore.
Tunc iuuantes Dominum ipsius fletus,
Ad Iesum, quem diligunt, pergunt celeris
Ostendentes lachrymis animi dolores;
Sed illis Magdalena reddit largiores.
Domina, quid facitis proinde videte,
Obsecro a fletibus pauilum silete,
Lachrymas detergite, vos hic remanete,
Ne Iesum cruciatis plus moestificetis.
Agilis ad Dominum, citò veniente,
In tanto opprobrio ipsum intuentes,
Condolentes multo plus, largiusque flentes,
Ad dolorem prouocant omnes diligentes.

39. Tunc videntes Dominu solum suum natum,
Plusquam fuerat aliquem esse turbatum,
Cor ineffabiliter eius est turbatum,
Et sic quasi mortua vix retinuit fatum.
At Iesus pro Virgine magis est turbatus,
Plusquam pœnis propriis pro se tristatus,
Heu, heu Iesu, undique es circumdatus,
Intus & exterius nimis es gravatus.
Heu, tantum moestitiæ nullus unquam scivit,
Nec nam grauor gemitus aliquis audivit,
Nec est mirabile, nam qui semper vivit,
Dolorem multiplicem eadem subivit.
Contemplare anima Iesum diligenter,
Cum iniquis positum tam irreuerenter,
Quem Pilatus interrogans Pilatus frequenter,
Admiratur tacitum, stupens vehementer.

40. Iesu, qui non poteras loqui falsitatem,
Et tamen patebas filius veritatem.

Digitized by Google

Ne sinas me cadere per ingratitudinem,
Sed disponam mihi da tacitam mentem.
O Iesu, mihi da cor pensandi instructum,
Oculorum Virginis planctum, atque luctum
Propere sequentium te ad Herodem ductum,
Et vestis in candida spretum, & reductum.
O Virgo, quam obruit dolorum tempestas!
Vnde tibi Domina, sit ista prosapia?
Qua sic sequi poterat has gentes sicelestas:
Vere amor filij vicit nos molestos.
O mea fiducia, qua non habet parem,
Certe libentissime tecum ambularem,
Et ex flecto oculem libens, sed tantum,
Vel si daret lachrymas, saltem tecum plorarem.

41. *O quis sine gemitu potest meditari,*
Iesum cum dedecore tam male tractari,
Pedes ductu celeri, forsan violari?
Nam non fuit solutus ipse calceari.
Ecce amarissima sunt, quæ sequuntur:
Et iuste compassiva, quæ iam instituntur,
Iuste ergo homines ingrati dicuntur,
Qui Iesu sapissime non compatiuntur.
Nunc te ipsam prapara anima deuota,
Super Iesum condoleas duos illi vota,
Lachrymas multiplicans, si pie tota,
In eum, si valeas, liquefias tota.
Ecce quantum amat te Christus nimis charè
Nam se suo sanguine optat saluare.
Ac morte vilissima se fit liberare,
Quod in semper negligis, nec vis redamare.

42. *O Iesu pessime, fastuere posterus,*
Te amare usque nunc mihi negligenti,
Ac quod multo peius, pluries molenti,
Heu, & contemnendo te, sæpe offendenti.
Misericordissime ignosce fatenti.

Digitized by Google

Salva & iuua me, teipsum da quærenti;
Filiique Prodigi tarde reuerenti,
Tu occurre pater mi, & parce petenti.
Iesu, qui repletus es miseratione,
Vulnerare velis me tua passione,
Vt tibi compatiar ex dilectione,
Velim nunc te iuuenis in afflictione.
O quis poteſt cernere illos malignantes,
Sine riuerentia te Iesu nudantes,
Ad columnam nequiter, Iesu, alligantes,
Tuum atrocissimè corpus verberantes.

43. Tremens cernit anima ministros ſæuientes;
Carnem boni tenerrimam flagellis cædentes,
Vulnera vulneribus tibi inferentes,
Liuores liuoribus ſuperimponentes.
Flagellatur.
Quis non maret speculans gubernantem mundum,
Sic perfusum sanguine velut immundum,
Corpus hoc sanctissimum totum tremebundum,
Pectusque pissimum totum gemebundum.
Contemplari anima tibias, lacertos
Plagis multiplicibus undique refertos,
Omnes artus corporis sanguine opertos,
Desuetos riuulos cruoris apertos.
O corpus sanctissimum ad columnam strictum,
Pro me amarissimis flagellis afflictum,
Circumquaque rosis cruore amictum,
Auser à me obscuro quodlibet delictum.

44. Anima sanctissima pro me tam granata,
Maximis doloribus pro me tribulata,
Dapsilis per Virginem, quia est de te trifiata,
Cunctis mea iugiter dilue peccata.
Sed Maria mater hæc sese affligendo,
Lachrymas multiplicat iugiter desiendo,
Alta dat suspiria amarè gemendo,
Massisque singultibus pectus conterendo.

O quis ſint gemitu poſſit te videre
Inconſolabiliter, ô Mater, lugere?
Prabe mihi lachrymas, fac me tecum fiere,
Te deprecor, ô mea ſpes, mei miſerere.
Em pudici oculi ex fletu tumeſcunt,
Gena ſplendidiſſima ubique palleſcunt,
Sed heu, membra Filij ſanguine rubeſcunt,
Ac tua anguſtia plus plusque concrepſcunt.
45. Poſt tormentum verberum tam malitioſum,
Cunctis diligentibus valde luctuoſum,
Sequitur mox aliud graue & probroſum,
Iſto multo amplius contumelioſum.
Nam cohortem milites totam colligentes,
Mitrem leſum amdunt probris illudentes
Inhonoſtè iterum eum exuentes,
Et veſte purpurea ipſum induentes.
Illuditur.
Tunc coronam ſpineam moleſtam plectentes,
Et in leſu capite profundè figentes,
Pro ſceptro arundinem in dextera ponentes,
Genuflexo, Aue, clamant irridentes.
Spinis coronatur.
Merens cerne anima miniſtros cadentes,
Facies pulcherrimam Domini ſpuentes,
Caput cum arundine dire ferientes,
O quare non cruciet iſte dolor mentes?
46. O caput Dominitum, omnibus colendum,
Cruentarit, pungeri, angelis tremendum,
Caderis, conſputris, ſanctis reuerendum,
Verè tu es intimè deuotis dolendum.
O preciosa facies iſtibus affliſta,
Heu, ſputis & ſanguine tota es delicta,
Idm à Deo inimicis quaſi derelicta.
Proh dolor, hoc totum faciunt mea delicta.
Bone, bone Domine, cur panis tam duris
Permittis torqueri te pro nobis impuris?
Parce panis Domine, parce vel futuris,

Parce

Parce tibi deprecor, vel matris preſſurę.
Inter hæc nequiſſimus exiens Pilatus,
Ne Ieſum perimerent plebem eſt hortatus;
Nam nullus inuentus eſt in ipſo reatus,
Sed perueꝛſus populus ex aduerſo eſt fatus.
47. *Tunc produxit Deum flagellis cruentatum,*
Et dixit: accipite ipſum emendatum,
Sed pleni perfidia negant præſentatum,
Poſcentes à iudice virum ſceleratum,
Iudex ne ſic faceret, adhuc laborabat,
Crucifige, *populus è contra clamabat:*
Tunc iniuſtus Dominum morti iudicabat,
Et plebs nefandiſſima ob hoc exultabat.
Quamuis horribilia ſint iſta prophetata,
Tamen ad ſequentia parua ſunt collata,
Heu, quantum eſt genitrix in his tribulata?
Penè, ſicut æſtimo, eſt exanimata.
Contemplare anima, quàm ſit oneroſum
Matri, caput Filij cernere ſpinoſum,
Ac præ natis hominum forma ſpecioſum,
Videre horribilem magis quàm leproſum.
48. *Heù, quam grauata es, cælorum Regina,*
Spectans tuum Filium coronatum ſpina!
Certè in te irruit pœna repentina,
Ex qua vulnerare me, ſupplico, feſtina.
Tunc ſancta Magdalena, & omnes amici,
Gemunt amariſſimè luctu infelici;
Puto hæc triſtitia nequit verbis dici,
Sed hanc minus reputant Chriſti inimici.
Mox peruerſi milires vncem aſſumentes,
Eam ſuper humerum Domini ponentes,
Ieſum per Ieruſalem ducunt illudentes,
Crucis ignominiam cunctis oſtendentes.
Nunc attende anima Ieſum nimis gratum,
Ligni crucis pondere pro te oneratum,

Contrarię Pilati & populi voces.

Imponitur Chriſto crux.

Deli-

Delictorum numerum sinas vulneratum,
Et Iesum à populo prauo subsannatum.

49. *Heu Iesu, considero rem nimis miserabilem*
Turbam tibi proximam militum infestabilem,
Indaorum maximè dirinde scelestam,
Amicorum à longè vltrà modum mestam.
Heu, tanta processio non est laudabunda,
Nam in re prima pars est tota tremebunda,
Sed peior est altera quasi furibunda,
Heu, pro te est tertia tota gemebunda.
Mater Christi videns hæc, tremens pra dolore
Irruit in tristitiam morientis more,
O quis ista cogitans non fleret pra more?
Certè nimis durus est, qui non amore.
Sed soueres Domina tam fastinentes,
Ambulant post Dominum acriter lugentes,
Vndique considunt Iesum persequentes,
Clamosè maleficum illum perstrepentes.
50. *Tunc conuersus Dominus capit prohibere*
Filijs Ierusalem super se lugere,
Sed debere super se & super suos flere,
Prædicens brandas, qua non genuere.
O quis sine gemitu potest meditari,
Te, Virgo puerpera, sic angustiari?
Omnes diligenter te tantum lachrymari,
Ad locum Caluaria Iesum sic tractari.
O mater, cur properas cum Iesu ad Crucem?
Numquid vis cum Filio pati mortem trucem?
Heu, vbi visura es mori tuda ducem,
Qui ereauit Cherubim super veram lucem.
Virgo, qua precantes te adiuuas instanter,
Christi panis compati fac me festinanter,
Da mihi nunc lachrymas precor abundanter,
Et, vt ipsum cogitem fac perseueranter.
51. *Proh dolor, & flebile hoc, quod immutatur.*

Pœnitentem tuba sequitur.

Matres & pia mulieres.

Christus prohibet fletum.

Nam

Digitized by Google

Aceto potatur.

Nam Meſſias Dominus aceto potatur,
Heu, ut mortem ſubeat, ſtatim crux præparatur,
Et cum vehementia tertio denudatur.

Niſi ſis lapideum cor vix habeas metum,
Intende diligenter, & habebis fletum,
Penſa veſtimentum hoc à Ieſu deletum,
Quem ſcias ex verberum plagis iam repletum.

Veſtibet indutur.

Cerne turbam peſſimam veſtem hanc trahentem,
Cuti & carni undique fortiter hærentem,
Plagis ruptis reſpice ſanguinem fluentem,
Ac Ieſum ex plaga hac grauiter dolentem.

Certe magna grauitas iſtius tormenti
Ad fletum ſufficeret bene diligenti,
Heu mihi duriſſimo minus condolenti,
Pie Ieſu mihi da lachrymas petenti.

52. *Virgo, cui ſimilis nunquam eſt inuenta,*
Potes adhuc vbere videns hæc tormenta?
Ecce nuda Filij membra ſunt cruenta,
Heu, vt iſta videas adhuc ex detenta?

Virgo, te conſideranti amaris plorare,
Doleo te, Domina, ſed heu, non amare,
Miſericordiſſima, ſupplico dignare,
De hac pœna tua me velis vnimerare.

Vides mea Domina, natum generoſum,
Quem Prophetæ nominat pra cunctis formoſum,
Nunc pœnis vrgentibus virum doloroſum,
Heu, & plagis pluribus totum vlceroſum,

O turba Iudaica, perfida, obſcœna,
O veſtra duritia aſpera venena,
O gens nefandiſſima, omni mala plena,
Quare nihil flecteris in tam dura pœna?

53. Sic tu mea anima, dura, & peruerſa,
Cur in hoc tormento non es ad fletum verſa?
Quare non es lachrymis amaris aſperſa,
Videns membra Domini cruore conſperſa?

O Ieſu,

Digitized by Google

O Iesu, digneris me confestim iuuare,
Me amaritudinem tuam fac gustare.
Pro tuis doloribus fac me plorare,
Nam hoc sine lachrymis nudes me pensare.
Heu, hoc miserabile est, & mirum vere,
Qui te passum pensat, & non potest flere,
Heu quomodo potest fetalis continere?
O Iesu, durissimi mei miserere.

Item vide anima in Iesum bachantes, Crucifigitur.
Super Crucem asperam duriter locantes,
Membra horribiliter ferro perforantes
Christumque durissimè in ligno clauantes.

54. *Condolendo respice populum vesanum,*
Nudum corpus premere tenerum, non sanum,
Super lignum iacere asperum, non planum,
Et crasso transigere clauo pulchram manum.
Contemplare manum hanc longam, & decentem,
Perfossam acutissimo pro te patientem,
Sanguinem largissimè pro te effluentem,
Vulnus amarissimum pro te sofferentem.
O manus sanctissima, pro me transfrata,
Clauis crassitudine multum laniata,
Percussorum impetu dire lacerata,
Scribe in me qualiter es angustiata.
Pensa hæc durissimè, qui nunquam fleuisti,
Vaca instantissimè magna pœna isti:
Plorabis, si senseris hunc dolorem Christi,
Vel quod ex eis contingit eius Matri tristi.

55. *Nempè Mater videns hoc, multo plus languescit,*
Et commota acriter in se contabescit,
Sensu ferè perdito semetipsam nescit,
Sed in fletu diffluens quasi sam liquescit.
Proh dolor molestia huius plaga dira
Matrem pœnis Filij videtur ferire,
Curre, curre anima, nunc festina ire,

Vt tu possis Dominam cadentem fulcire.
Heu, hæc est, Domina, dixit tibi dura,
Nam circundederunt te modo Matris iura,
Nunc plusquam parturiens sentis mala plura,
Qua carebas pariens materna pressura.
O dolor, ò gemitus, quo te ex versura,
Undique affligis es ex nati tortura,
Qualiter mensura es stigmata futura,
Quæ in tantum defixi pro ista fixura?
56. *Vorrò tàm flebiliter manus hæc firmata,*
Altera distenditur vt sis conclauata,
Sed nimis foramina sunt inordinata,
Vltra longitudinem corporis firmata.
O dolor, ò gemitus, quid nunc fuit fallacia?
Gemant, qui confederant iam non corde duri,
Cum festinant trahere prani peritura.
Ad lacu foraminum membra Christi pura.
Vt lecisti, anima, cerne dirati gentes,
Inhumanos milites, bou, nimis furentes,
Membra tui Domini cum vi distendentes,
Et in modum pellium hinc inde trahentes.

Vide P. Suar. in 3. p. to. 2. disp. 36. sect. 4.

Quis effari potest, quod tantum tetenderunt,
Vt membratim Dominum pene diuiserunt;
Pene ossa omnia eius nudauerunt,
Ac clauis tra ssissimis membra transiuerunt?
57. *O quis loqui potest horribilitatem,*
Aut crucifigentium hanc crudelitatem,
Patientis Domini hanc pœnalitatem,
Matris, & amantium hanc anxietatem?
Hic nostra duritia penitus frangantur,
Medulla in lachrymas sanguinis cernantur,
Cunctæ desideria in Iesum sequantur,
Et sic corda valido dolore saniantur.
Sine fletu pudeat me hæc præterire,
Hic à cordis gemitu deest mi rugire,

Ac cum flemre Domino doloremſentire,
Vel ſi ipſe dederit, cum eo ibire.
Contemplando, anima, hic dilata mentem,
Vide Ieſum maximas pœnas ſuſtinentem, FletChriſtus in Cruce.
Pro te amariſſimè in tormentis flentem,
Intus, & exterius totum patientem.

58. *Ecce horribiliter membra extenduntur,*
Cutis, caro aſpero ferro fodiuntur,
Heu, compages oſſium à ſe diſſoluuntur,
Atque membra ſanguine cuncta perfunduntur.
Et manus tenerrima clauis perforantur,
Pedes modo ſimilis dire torebrantur,
Nerui cum ſubtilibus ferris lacerantur,
Sic & vena tenera clauis laniantur.
Vide, vide intimè ipſos cruciatus,
Cordis eius gemitus, atque eiulatus,
Oculorum pariter uberes ploratus,
Vtque decor corporis totus eſt ablatus.
O Ieſu piſſime, quid eſt, quod egiſti?
Quare toi pro miſeris tormenta ſubiſti?
Fac iam conſignari me paſſionibus iſtis,
Plagis tuis lade me atque morte triſti.

59. *Item cerne anima vultum Matris flentis,*
In iſtis anguſtijs iugiter præſentis,
Penſa ineffabiles pœnas eius mentis,
Vrgente incommodo pene morientis.
Heu, Virgo pulcherrima, peccati ignara,
Fœminiſque pridiè cateris plus præclara,
Nunc pallens, & lugubris tota ea amara,
Patiuntur eam te una prole chara.
Compellor, ô Domina, de te verere,
Quia te conſidere amplius delere,
Quam ſermones aliqui peſſint fari verè,
Aut mentis meditatio comprehendat mere.
Non mirer, ô Domina, Virgo redimita,

Digitized by Google

Quæ in tam flebilibus es tormentis ſita ;
Sed admiror , quomodo perſeueras ita ,
Et quod cor non rumpitur abſcedente vita .
60. *O mea fiducia , deprecor vt velis ,*
Statim me perfodere tuæ pœnæ telis ,
Fac vt tibi iugiter ſeruus ſim fidelis ,
Et meam Dominam adorem in cælis .
O quis ſine lachrymis poteſt hæc penſare ?
Tot ſufferre grauia Dei Salutare ,
Hancque Matrem Virginem tàm multum plorare ,
Sanctoſque Apoſtolos multa tolerare .
Ioannes Apoſtole , qui iſta vidiſti ,
Videndoque intimè condolens fleuiſti ,
Fletus mihi impetra , vulneraque Chriſti .
Iuua me cum videris , ante Ieſum ſiſti .
O amatrix Domini , pia Magdalena ,
Quem vidiſti perpeti multo luctu plena ,
Peto pro multiplici , quam tu vides , pœna ,
Mihi luctus obtine , & poli amœna .
61. *O reliquæ ſanctæ fœminæ , ſingulæ Mariæ ,*
Quæ vidiſtis grauia tormenta Meſſiæ ,
Pro me preces fundite ſemper proli piæ ,
Vt ſaluum me faciat in extrema die .
Per Chriſti adiuro vos vulnera cruenta ,
Pro quibus mæſtiſſima dediſtis lamenta ,
Iuuate vt ſpernam hoſtis tentamenta ,
Et vt non ſuſtineam æterna tormenta .
Nunc affectans animus lachrymarum fructus ,
Iterum ad Dominum totus ſit reductus ,
Nunc , nunc pia anima ſias aquæ ductus ,
Dehinc tota ſi valeas , liqueſcas in luctus ,
Spectа , ſpectа intime Ieſum eiulando ,
Circum quem vulnera ſingula ſcrutando ,
Qualiter grauata ſint piè explorando ,
Et quid praui fecerant Crucem exaltando .

Ecce

Digitized by Google

62. *Ecce, ecce elevans signum nominatum,*
Spiritu prophetico prius prasignatum,
Iesum, verum hominem, Deum, Dei natum,
In ligno arctissime tensum & clavatum.
Gemens, cerne anima Crucem erigentes,
Tandem cum impetu nimio figentes:
Heu, disiuncta grauiter membra collidentes,
Et ineffabiliter Dominum torquentes,
Quis non mareat videns furorem malorum,
Christi fletus copiam, & suspiriorum,
Hanc penam grauissimam omnium membrorum,
Disiunctorum scilicet ità collisorum?
Carne, carne anima mea, ô si denota,
Ad hanc Crucem propere fine mora lota,
Discurrentem sanguinem collige, & pota,
Et cunctas, quæ passus est, in aternum nota.
63. *Contemplare clauos hos manus transfigentes,*
Totum pondus corporis, proh dolor, gerentes,
Heu, ineffabiliter vulnera augentes,
Et ut verè æstimo, ea discindentes.
Lasso collo, heu, caput pendet dolorosum,
Carens sustentaculo, cruentum, spinosum;
O quis non fleat intuens vultum speciosum,
Cruentatum, pallidum, lugubrem, verberosum?
Certè qui hæc cogitas, & non lachrymaris,
Non satis diligere Deum comprobaris;
Iesu, mihi lachrymas precor largiaris,
Me amare parum te nunquam patiaris.
Iesu, qui ab impijs in Cruce clauaris,
Et tamen hos omnium, è Patre precaris,
Mei & credentium tu miserearis,
Nobis parcas ingiter, nunquam irascaris.

Orat pro crucifixo nobis.

64. *Item vide anima qualiter Iudæi,*
Sacerdotum Principes, Scriba, Pharisæi
Clamant: vah qui destruis Templum *veri* Dei
Salue

Digitized by Google

Salua temeripſum ſi es Filius Dei.
Suſpenſi cum Domino illi duo rei,
Vnus: ſalua te, & nos, *loquitur ei:*
Alter petens gratiam ait memento mei,
Cui ſpondet Dominus Paradiſum Dei.
Ieſu amantiſſime, qui non offendiſti,
Quare tot inuania tormenta ſubiiſti?
Certe pro me, Domine, hæc ſuſtinuiſti,
Et quod ego rapui, tu paſſus ſoluiſti.
Ego tua meritum ſum traditionis,
Vinculorum, verberum, & damnationis,
Spinarum, ac iudium, & occiſionis,
Ego cauſa tuæ tam ſummæ paſſionis.
65. *Ego mala perpetro, tu pœna multaris;*
Ego, heu, ſuperbio, tu humiliaris;
Ego vanè rideo, & tu lachrymaris;
Ego veſcor dulcibus, tu felle potaris.
Mecum rides timida Eua, & non pia:
Tecum plorat acriter humilis Maria.
Ego ſum in proſperis, tu in agonia:
Hæc me tecum compati precor o Meſſia.
Ecce ſanctæ viſcera diſtenſa arefcunt,
Membra horribiliter cruenta rigeſcunt,
Caligantes lachrymis oculi langueſcunt,
Labia nectarea, proh dolor, paleſcunt.
O Ieſu omnipotens, qui cuncta diſternis,
Quare hoc ſanctiſſimum corpus ita ſparnis?
Nonne eſſet melius nos ſubdi infernis,
Quam, te Deo ſic torto, perfrui ſupernis?
66. *Vere amor nimius ad hæc te coegit.*
Et quaſi in nihilum ferè te redegit:
Triumphatrix charitas opus hoc peregit,
Sed noſtram duritiam, heu, adhuc non fregit.
O ingrata anima, prava, indurata,
Quare non es pœnis his, planctibuque commota?

Ecce

Digitized by Google

Ecce tu es Domini merte dira lata:
Hæc pro tuis vitijs paſſio ſit tua.
Apparet, nequiſſimos quod iam cares vita,
Dum hunc paſſum cogitant, dura manes ita:
Sic dum Ieſum comedis veluti oblita,
Hea, nec tunc, nec alias bene es contrita.
Vide Dei Filium, virum virtuoſum,
In verbo & opere pridie famoſum:
Magis quam maleficos nunc opprobrioſum,
Vocatum à pluribus pro te ſceleroſum.
67. Ieſu paſſime, qui es nimis gratus,
En te paſſum cogitans vix ſum lachrymatus,
Precor, benigniſſime, da mihi plorare,
Pande mihi qualiter tu es vulneratus.
Hea, mihi, qui nequeo per compaſſionem
Corde ſemper gerere tuam paſſionem,
Summam Dei erga me hanc dilectionem.
Summam Dei gratia hanc diffuſionem:
Cur ſi membra Domini fideles dicuntur,
Patienti capiti non compatiuntur?
Hea, in multis timeatur, quod tam excedantur,
Qui dolore capitis maſti non cernuntur.
Scio quod ſi meus pes male laboretur,
Ad compatiendum cor totum cogeretur:
Ergo pedem diligi plus Chriſto videtur,
Pro cuius anguſtijs parum vix movetur.
68. O Ieſu, qui peniùs nunquam peccaſti,
Nonne vt coniungerer tibi, me feciſti?
Cur non veum laedi me, Chriſte, permiſiſti?
Et, hea, veum veum me non vulneraviſti?
Ego ſum, qui debeo eſſe vulneratus,
Non tu, qui nequitiam non es operatus:
Ego ſum culpabilis, meus eſt reatus,
Vulnera me, vt à te non ſim ſeparatus.
Pia proles, Deifica benitate plena,

Sis

Sic tenere vulnera noli aliena ;
Tua facta bona sunt , mea sunt obscena :
Vulnerare velis me vel ex tua pœna .
Dominator , Domine cæli , atque terræ ,
Precor vulnerare me , nec velis differre ,
Nam illæsum meum cor nequeo sufferre ,
Dum pro me tot vulnera video te perferre .
69. *Nonne magis pium est virum à te factum ,*
Tecum in vulneribus tenere subactum ,
Quam à te dimittere in nihil redactum ,
Cogitationibus diversis valde subtractum ?
Curre , curre vulnerate Iesu in hac hora ,
Ne forte amittas me , si interfit mora :
Da ut tua sentiam tormenta maiora ,
Sculpe in me vulnera tua acriora .
Qui permittis ferrum te intus penetrare ,
Cur rationalem me sinis foris stare ?
Ferro viliorem noli me reputare ,
Sed in tua vulnera coge me intrare .
Iesu , tuas supplico miserationes ,
Propter Matris merita , & orationes ,
Per sanctorum omnium intercessiones ,
Vt pensem ego ingiter tuas passiones .
70. *Mihi sit pensandi te copiosus fletus ,*
Semper sim recordans tui lachrymis repletus ,
Oro fac ut nunquam sim nisi in te lætus ,
Tu sis meum gaudium , & amor secretus .
Iam nunc Matri Virgini anima intende ,
Quantum ipsa doleat sub Cruce perpende ,
Vt te secum vulneret , preces mox impende ,
Et quod illi condoleas lachrymis ostende .
O quantum es Genitrix intus cruciata ,
Ob tormenta Filij tam multiplicata ;
O Virgo Christi , vere mea Aduocata ,
Mihi inde aliquid pande exorata .

O mea

Digitized by Googl

O mea fiducia, & mea Patrona,
Omnis pudicitia rutilans corona,
Esto præsens spiritu, quamuis non persona,
Vt quod ipsa doceas, loquar, Mater bona.

71. *Loquere nunc Domina super omnes digna,*
Reum ne despicias, precor ò benigna:
Mihi tua vulnera concitè designa:
Ac tanta materia verba da condigna.
Sed respondes forsitan, me non esse talem
Cui hanc miseriam reuelet pœnalem,
Neque tuis vltimis seruis esse æqualem,
Vt hanc petam gratiam à te specialem.
Scio, scio Domina, me indignum esse.
Sed quid accedenti ne pateris obesse?
Te pro Deo supplico, virga stirpis Iesse,
Vt tu meis precibus digneris adesse.
Sed dicis non omnia me fateri verè,
Nec sicut peccauerim, promere sincere,
Obliuisci plurima, quædam reticere,
Nec vitando crimina bene pœnitere.

72. *Heù, Mater clementia, hæc sunt dura verba,*
Quæ probat dolor vera fuisse, licet sint acerba:
Nam videri sicut est, non vult mens superba:
Sed te rogo sana me ob salutis verba.
En tibi confiteor omne crimen meum,
In peccatis omnibus fateor me reum,
In quibus cognoscis me offendisse Deum,
Et vt salues ipse me, precor coge eum.
Peccaui superbia & mala cogitatione,
Visu, verbo, opere, & emissione,
Gustu, tactu, auribus & auditione,
Multa negligentia, & delectatione.
Deliqui malitia & peruerso more,
In Dei, & proximi medico amore,
Luxu, auaritia, ira, & liuore;

Gula, & accidia, odio, torpore.

73. *Hæc tibi confiteor, & omnipotenti,*
Ac sanctorum cœtui vobiscum manenti,
Deprecor ob meritum divini tormenti,
Salvato culpabilem, veniam da pœnienti.
Ecce qualis factus sum sæpe delinquendo,
Tibi aliquantulum, ô clemens, offendo,
Mea mala omnia tibi nunc commendo,
Vt tu ipsa salves me ista auferendo.
Sed quid ago referens sordes fœditatis,
Auditui Virginis summa puritatis?
Horresco sanctissima Mater pietatis,
Ita loqui auribus tuis illibatæ.
Expauesco ne à me forsan te avertas,
Multas ob putredines intra me infertas,
Sed per Iesum deprecor ad me te convertas,
In quo tot miseriis cognoscis tam certas.

74. *Tu, quæ vota omnium pia intueris,*
Nunquid soli misero mihi dura eris?
Cur misericordiæ notum nomen geris,
Si mihi petenti te non misereris?
Hanc consuetudinem propter me non mutes,
Per quam soles miseris reddere salutes,
Nec me quamuis impium, flagito refutes,
Sed tua clementia fac in me virtutes.
Recordare Domina, præ cunctis perfecta,
Quia ob culpabiles fuisti electa,
Mater propter miseros Dei ex effecta,
Ergo salus mortuor nostra spes erecta.
Te pro eis, Domina, Deus est ingressus,
Pro eis miseriis humanas perpessus,
Pro ipsis, vidente te, in tormentis fessus,
Ac mortis angustijs pro illis est pressus.

75. *Ergo nobis, Domina, reis sis parata,*
Eorumque infimum audi me rogata,

Me-

Digitized by Google

Memento pro quibus es tantum exaltata,
Et pro quibus tua est proles tormentata.
Meas preces, Domina, digneris audire,
Et nunc, & in posterum semper subvenire,
Fac tuas atque Domini plagas me ferire,
Et in corde jugiter deinde fovere.
O fractа doloribus stans sub Crucis ara,
Ex nati vulneribus plena & amara;
Da mihi partem doloris; ne fis avara,
Qua larga, & libera dicta es & guara
O mea fiducia, Mater Salvatoris,
Me transfige gladio mox tui doloris,
Dita me ex munere perfecti amoris,
Et dic mea anima vim tui mœroris.
76. *Nunc, nunc presens spiritu Mater singularis,*
De tuis doloribus aliquid loquaris,
Quod placere valeat tuis fervis charis,
Et eos aspergere lachrymis amaris.
Importuna anima cur ad me sic clamas,
Quam tam parum recolis, & tam parum amas?
Sed dicis audisse te de me pias famas,
Et eo hoc audiisse ad me sic accumas?
Modo si audire vis penas mea meritis,
Crucifixo Filio meo condolentis,
Vanitates adjice cordis discurrentis,
Et tamquam animi da compatientis.
Sine fletu anima hæc audire noli,
Vbi me sic compati vides mea proli,
Vbi fudit lachrymas multas factor poli,
Vbi mœrem sustulit Dominator soli.
77. *Et in primis attaquer te revisitando*
Ex hoc, quod tu cogitas de me aliquando,
Si cognous vulnera cuncta speculando,
Qua suscepit Filius meus tolerando.
Scias, quia dolor me in tantum premebat,

Digitized by Google

Quod vim fere corporis cum ſenſu delebat,
Sed immenſus Filij amor me cogebat,
Omnes pœnas cernere, quas ipſe ferebat.
Quando pœnam aliquam inferri videbam,
Tota quaſi moriens mox deficiebam,
Sed amoris impetu ſtatim reuiuebam,
Et tormenta Filij auide videbam.
Nam cum eo meum cor totum habitabat,
Quem ineffabiliter plus quam me amabat,
Idcircò quod Filius meus tolerabat,
Inconſolabiliter meum cor grauabat.

Mater Filio compaſſa. 78. *Nam cum eo cor meum dure eſt ligatum;*
Colaphis, & alapis, ſputis cruciatum,
Probris, & blaſphemijs illuſum, ac vexatum,
Flagris eius aſperis multum tormentatum.
Cum Ieſu eſt meum cor ſpinis coronatum,
Ligni Crucis pondere ſecum oneratum,
Ad locum Caluariæ cum eo tractatum,
Eius potu felleo eſt amaricatum.
Eum magnis doloribus vidi ſpoliatum,
Delicato ſanguine totum cruentatum,
Cum Ieſu eſt meum cor tenſum, & clauatum,
Ecce vides meum cor totum laceratum.
Contemplare anima meum cor clauatum,
Et cum meo Filio ſæpe perforatum,
Sed in hoc eſt maxime meum cor grauatum,
Quod non eſt his ſupplicijs vita priuatum.
79. *Sed inenarrabiles pœnæ me torquebant,*
Quando Crucem corpij ſurſum erigebant,
Nam eam cum impetu ſtare faciebant,
Et ineffabiliter Ieſum affligebant.
O ſi ſcires quantum me pœna hæc grauabat,
Quantum Chriſti manuum plagas dilatabat,
Quamque & profundiſſime ipſe ſuſpirabat,
Et quam amariſſime ille tunc plorabat.

Sta-

Digitized by Google

Stabam sub patibulo Mater veri Dei,
Videns pati Dominum vniuersa rei;
Gemolebam intime eius speciei,
Quem deformem fecerant torquendo Iudæi.
In languore maximo, & dolore graui,
Ad Iesum sapissimè oculos leuaui,
Vah, vah, sicut poteram, vah Fili, clamaui;
Ego te ad pœnas has, Iesu, generaui.
80. *Suspexi multorties ad natum suspensum,*
In Cruce atrociter clauatum, & distensum,
Solum iustum Deum inter reos pensum,
Et dolendo perdidi pene meum sensum.
In dolore maximo Filium videbam,
Et iuuare penitus eum non valebam,
Gemitus, suspiria, singultus edebam,
Lachrymas multiplices amarè fundebam.
Vidi sanctam faciem, & delicioſam
Plusquam lingua exprimat dulcem, gratioſam,
Multis pro angustijs totam lachrymoſam,
Cruentatam, liuidam, nec non maculoſam.
Nam tam largas lachrymas oculis stillabant,
Quod pra multitudine fletus caligabant,
Quia nulli aderant, qui eos mundabant,
Sed lugentem Deum multi subsannabant.
81. *Dignum caput Filij lassum dependebat,*
Nam vbi quieſceret locus non manebat,
Prater spinas minime puluinar habebat,
Cuius dolor multiplex multum me torquebat.
Manus decentissimas dum sæpe spectani,
Laceratas grauiter, heu, conſiderani,
Quas augebant nequiter perforantes clani,
Quos in his transfixerant illi nimis prani.
Aspexi dignissimos pedes laniatos,
Heu per cuſſos malleo, ferro terebratos,
Omnes artus corporis simul cruciatos,

Digitized by Google

Et compages ossium dire dissipatas.
Gustum mei Filij felle cruciabant,
Auditum blasphemijs Judæi vexabant,
Olfactum putredines loci tormentabant,
Et hæc simul omnia multum me grauabant.

82. *Me loqui ad Filium amor compellebat;*
Et affectuosum cor sermones edebat;
Sed, heu, dolor nimius eos dirumpebat,
Quod verba edicere minime valebat.
Sensibus languentibus iam deficiebam,
Ex confractis viribus dolens corruebam,
Sed resumpto Spiritu, voce, qua valebam,
In verba huiusmodi passim prorumpebam.
Vah, vah Fili mi, vah, vah charissime,
Ecce hi peruersi me diuisérunt à te;
Adinua me obsecro in anxietate,
Audi preces, miserere Matri desolatæ.
Per te, Fili, babui omnia secunda,
In te, Iesu, extitij iugiter iucunda,
Vtu, nunc in tristitia per te sum profunda,
Quia te sic cruciat turba hæc immunda.

83. *Tecum fac obire me per ipsum agonem,*
Qua te ipsum alui ad hanc passionem;
Ego heu lactaui te ad occisionem,
Fac me precor commori per compassionem.
In te impassibili, Fili mi, fuisti,
Totum hoc quod pateris, de me assumpsisti.
Ergo fac vt moriar tecum cade tristi,
Quia te exposui dire morti isti.
O quis det se pro te, Iesu, mortem,
Cuius ex me miseram tu sumpsisti sortem?
Fili, cur permisisti me esse unus tam fortem?
Rege morientem fac me tuum consortem.
O mea lætitia, salus, spes, & vita,
Iesu, cur reliquisti me desolatam ita?

Cur

Digitized by Google

Cur sine auxilio sum in pœnis ista?
Heu mea solatia cuncta sunt cassa.
84. *Quis mihi de cæteris præstatis solamen?*
Digneris audire nunc maternum gemitum;
Et ad minus da mihi aliquod leuamen:
Vide, vide, Fili mi, maternum vexamen.
Tunc Iesus me audiens tam indefinenter
Suspirare, gemere, & flere dolenter:
Intuensque anxium meum cor patenter,
Consolans lugubrem visus est clementer.
O si scires qualiter mihi candelebat,
Nempe pro me multo plus quam pro se langvebat,
Et eius pœnalitas multum me premebat,
Ac vterque passio vicissim angebat.
O immensa grauitas & anxietudo,
Pœna ineffabilis, & amaritudo,
Quantum pressit ambos nos ista habitudo,
Quos inæstimabilis strinxit gratitudo?
85. *Nam morti appropians flentem me vocavit,* Christus Matrem commendat Ioanni.
Ioannem in Filium mihi ordinavit,
Me in Matrem pariter illi commendavit,
Et doloris gladius tunc me perforavit.
Semiuiuum Dominum, heu, audiebamus;
Loqui præ mœstitia nihil valebamus;
Iesum pene mortuum fari videbamus;
Respondere aliquid, heu, non poteramus.
Ego cordis indolum nec amittebam,
Et in multas lachrymas tota defluebam,
Vitam meæ animæ obire videbam,
Ac panis ingenitum verbum lugubrem.
Nam & sic humanitas derelinquebatur, Vt quid dereliquisti me?
Nec tunc ei Deitas opitulabatur,
Vndè, & passibilis valde reddebatur,
Et cur reliquisti me Deus? loquebatur.
86. *Anima si ruminas primum hunc dolorem,*

Possi-

Possidebis forsitan lachrymarum rorem,
Est si tu devota es ac cupiens honorem,
Meditare sapiens hunc meum maroremo.
O misericordia immensa repleta,
Laus tibi honor sit, Mater, sine meta.
Omnia, quæ facta sunt, nota & secreta,
Tibi soluans gratias Virgo verbo fata.
Iam oborsis lachrymis per compassionem,
Cogor interrumpere tuum hunc sermonem,
Gratiarum reddere tibi actionem,
Et tuam extollere miserationem.
O mea fiducia, Mater Dei veri,
Per te ora Dominum, ad bona vrgeri,
Et à malis omnibus per te cauteri,
Tuisque doloribus semper adimpleri.

87. *Vtinam cum lachrymis possem nunc rugire,*
Et pro te, ô Domina, dolendo obire,
Panas semper tuas precor fac me sentire,
Meum cor durissimum digneris mollire.
Heu quare post Filium Domina abijsti?
Heu cur ad Caluariæ locum exiuisti?
Heu cur solitaria domi non fuisti,
Ne in morte forsitan perimaris Christi?
Nonne nati passio nobis esset satis,
Nisi crucifigeretur ne pleris fer statis?
Cur fecisti Domina mira sanctitatis,
Te vas amaritudinis, & panalitatis?
Heu non solum cerno te iuxta Crucem flentem,
Sed simul cum Filio in Cruce manentem,
Christum cognoscier in ligno pendentem,
Tuam verò animam suspensam, & dolentem.

88. *Heu contemplor tuum cor sæpè perforatum,*
Et cum membris singulis Filij conclauatum,
Ecce geris intra te Crucifixum natum,
Flagris, spinis, ictibus, clauis lacerarum.

O cor

O cor delectabile, dulce, delectatum,
Heu nunc in angustijs valde immutatum,
Probrijs, & blasphemijs nimis molestatum,
Sputis, felle, flectibus est amaricatum.
O amabilissimum cor, plenum dulcoris,
Quomodo sit conuersum ei felle mœroris?
Partem mihi flagito da tui doloris,
Lachrymarum, vulnerum, Christique languoris.
Tunc chare discipulo Mater commendata,
Vt sacra paginula esset consummata.
Proles Dei Sitio dixit fatigata;
Sed, heu, qualis ei potio est amara data?
89. *O Messia, supplico tuam pietatem,*
Pelle à me crapulam, & ebrietatem,
In cibis, & potibus da sobrietatem,
Ne sinas me cadere per edacitatem.
Heu, quare cupio lautius cibari,
Sine delicatis cibis nunquam satiari?
O Iesu, ne sinas nos ita delectari,
Qui felle dignatus es pro nobis potari.
Tunc sicut Apostolus Ioannes dixerat,
Iesus consummatum *est, statim exclamauit,*
Sicque suum spiritum Patri commendauit,
Cum clamore valido, & sic expirauit.
Mœrentes Domino terra contremebat,
Sindebantur lapides, sol lumen claudebat,
Resurgebant mortui, populus mœrebat,
Velum templi scissum est, aber non lucebat.
90. *Si tunc insensibilia compatiebantur,*
Et in mœrore Domini lapides scindebantur,
Erubescant homines, qui non contristantur,
Dum obijsse Dominum Iesum meditantur.
Tu dixisti, Domine, per prophetam verè, Ezech. 11. &36.
Quod nostrum lapideum velles cor delere,
Et cor tuo populo carneum prabere;

Sed heu vix unus carnem dolet.
O plus quam lapides, ingrati, indigni,
O nostri duritia cordis inveniens,
Nonne contumelia multa sumus digni,
Quod parum compatimur Regi tam tristi?
O cor pessimum, durum, atque vagum,
Durius lapidibus, quasi inhumanum,
Saltem nunc compatere nisi sis inhumanus,
Dum sic vides pati, quod non est humanum.
91. O Jesu, qui gratia dei donationes,
Omnes tuæ sapplice miserationes,
Cordis mei dire obdurationes,
Et da mihi lachrymas vere compassiones,
Contemplare anima cum magno fervore,
Jesum Christum medicum cum suo cruore,
Virum sine specie, & sine decore,
Percussum & mortuum pro tuo amore.
O quanta, Deifera, tua sunt pressura,
Dum sic insensibiles dolent creatura?
Quæ lingua sufficeret tua mixta cora?
Quales nato mortuo tuæ sint torturæ?
O quis nosit, mea spes, tuos cruciatus,
Quando Jesus coram te est translanceatus,
Quando sic percussum est illud sanctum latus,
Cujus sanguis pretium nostrum est vocatus?
92. Eiis corpus exanimæ tibus non gravabat,
Sed suum beatum cor dire perforabat:
Lancea latus Christi cruore rubricabat:
Sed tortus vulneris dolor te cruciabat.
Tanta Corpus Filii Mater assistebat,
Eletu amarissimo ingiter lugebat,
Nam sensu emortus ipsa vix vivebat,
Vote, atque viribus, proh dolor, carebat.
Ima cadens anxia prostrata palleban,
Vivens fuit mortua, moriens vivebat;

Heu

Heu plena angustijs anima pendebat,
Viuens tamen morina mori non dolebat.
Rursumque se erigens in dolore flebat,
Et pendentem Dominum flens considerabat,
Mors plusquam viuere cerè adeptabat,
Dum deposi Filium suum expellebat.

93. *Tunc dicebat ciuitatis illis deprauatis,*
Ecce desiderijs vestris consummatis,
Mihi Matri miserae corpus deponatis,
Vel si libet, illi me necando iungatis.
Suum natum tangere Mater cupiebat,
Sequè quantum poterat sursum erigebat,
Sed cum eum tangere nequaquam valebat,
Heu ad terram debilis grauiter cadebat.
Iterum amoris vi sursum ferebatur,
Et Crucis patibulum mox amplexabatur,
Filiumque tangere multum nitebatur,
Sed ad terram duriùs, heu, collidebatur.
Ibi iacens anxia male torquebatur,
Immensis doloribus, heu opprimebatur,
Sic cadentium sanguinem desiderabatur,
Quo cruore facies rubra reddebatur.

94. *Inter hæc Discipuli Iesu duo grati,*
Nicodemus, & Ioseph (sic sunt appellati)
Adepta licentia Præsidis Pilati,
Vt Iesum deponerent, venerunt parati.
Tunc corpus, & brachia Mater assumebat,
Et ad se maestissimam cunctis trahebat,
Super iam depositum osculo ruebat,
Satiari matter de nato nolebat.
Tunc ad caput Filij sui Mater flebat,
Beatamque faciem lachrymis rigabat,
Sapè profundissimè gemens suspirabat,
Sequè ipsum feriens tales voces dabat.
O Fili charissime, quid mihi fecisti?

Cur ludai morti te tradiderunt isti?
Quare me reliquere post te voluisti?
Succurre spiritui meo nimis tristi.

95. *O mi amor unice, atque salutare,*
Gaudium, solatium meum singulare,
Vita mea anima, & Fili, dic quare
Permittis dolere me pro te tam amarè?
Vbi est quod habui gaudium tam latum,
Dum Virgo concepte, peperique natum?
In magnam mœstitiam, heu nunc est mutatum,
Dum te meam gaudium video necatum.
Sed dolendo Domina, mentem confortabas
Fidem firmam retinens nihil deseverabas,
Immò iuste doluit, & rectè plorabat,
Dum iniustè Dominum perimi spectabat.
Tunc volentes Dominum sepulchro locare,
Ne tàm citò facerent, cupit hos rogare,
Illi volebant mortuum sepultura dare,
Ipsa ad se visa est corpus retractare.
96. *Inter eos volebat, & turbabat,*
Et eorum actus quilibet dolebat,
Et pro Matre Virgine maximè plangebat,
Quod ipsa tam anxiè ingisterlugebat.
Tunc ad tumbam Domini Angeli venerunt,
Et sepulto Domino laudes persolverunt,
Sed Maria oculi lachrymas fuderunt,
Singulus, & gemitus ipsam vexaverunt.
Taliter in tumulo Christo collocato,
Genitrix tristissima benedicta nata,
Commendavit, ultimo, cum Patri grata,
Gemens, flens, & exulans pro mortificata.
En qui nunquam moritur, Dominus Deorum,
Sepelitur mortuus manibus suorum,
Quem nec terra continet, nec cœli calorum,
Clausus est sub lapide mare mortuorum.

Tunc

Digitized by Google

97. *Tunc hic, cui Dominus matrem commendauit,*
Ioannes videlicet, lugentem leuauit,
Vrbemque Ierusalem cum ea intrauit,
Et ei, vt Filius, bene ministrauit.
Tunc denota fœmina, quæ ista viderunt,
Quæ vinculum Dominum secuta fuerunt,
Mortuo obsequium gratè præbuerunt,
Et mentes aromata ei parentauerunt.
Inter quas Magdalena talis videbatur,
Quod sexus faminei obtinere debatur,
Nam pergens in tenebris nihil verebatur,
Et quæsitum inuenit, à quo vngebatur.
Sed Virgo puerpera flebitus vacabat,
Languendo post Filium tugitet plorabat,
Quanta ipse passus sit, ad memoram renocabat,
Et in sorde lamentio stendo ruminabat.

98. *Die autem tertio Christo resurgente,*
Captiues ab inferis secum educente,
Descendebat Angelus de cælo repentè,
Terramotu pariter facto vehemente.
Iam mane Magdalena ad tumbam pergebat,
Et secum aromata parata ferebat,
Nec arma, nec homines feres metuebat,
Sed feruenter diligens Dominum quærebat.
Ipsi soli Dominus primò apparebat,
Conturbata amplius iubilatum credebat,
Consolantes Angeles audire nolebat,
Nihil sine Domino placere valebat.
Et quia feruentius cæteris quærebat,
Ipsi soli Dominus primo apparebat.
Hac ne eum tangeret, statim prohibebat,
Sed vt vnum diceret fratribus, monebat.

99. *Passionis Domini finito agone*
Et ex Iuda genere rugiente Leone,
Suscitato Filio, deuicto Draconc,

Tu

Digitized by Google

Tu Virgo Christifera dolorem depone.
Gaudens vide, Domina, corpus immortale,
Subtile, & agile, & spirituale,
Cui non nocebit plus tormentum carnale,
Nec vulnus suspirare poterit lethale.
Si gaudet Magdalena, viso peramato,
Quæ eam absoluerat à suo peccato,
Multo magis gaude, tu Mater, viso nato,
In tam vivo corpore, iam glorificato.
Deprecor te, Domina, & hanc Magdalenam
Iuuate vt cogitem Christi diram panam:
Et vt confirentiam habeam ferenam,
Ac Dei proximique charitatem plenam.
AMEN.

Laus Deo.

ROMAE,
Apud Nicolaum Angelum Tinassium.

M. DC. LVII.

Digitized by Google

INDEX.

A

DELASIA Comitissa, quæ, & qualis, pag. 121.
Agnes Henrici Imperatoris mater, pœnitens Romam venit. p. 13. & 85. ad illum commo endum legatur. p. 9. & 77. monitur. p. 85.
Alexander II. Papa Lucensem Episcopatum cum Summo Pontificatu retinet. p. 55. an S. Anselmum Episcopum creavit? p. 50. quando mortuus? p. 59. miraculis claruit. ibidem.
Ambitio clericorum causa Schismatum, & aliorum malorum. pag. 128. & 129.
S. Anselmi patria, & studia. p. 1. Episcopatui dignus. ibidem. Insectatur ab Imperatore non vult. p. 2. & 57. Sed postea subjicit. p. 3. & 61. Subjicit pœnitet ibid. & 63. Consecratur à Greg. VII. p. 1. & 60. Eumque unitatur ibid. & 21. Et Monachus. p. 3. Episcopatum resignare cogitur. ibidem. Eumque bene gerit. ibid. Concionatur fuit. ibid. Canonicorum reformationem intentat. p. 4. Mathildæ opem adscivit. ibid. sed non allequitur intentum p. 5. exulat Lucâ p. 6. nec ad mortem usque reuertitur. p. 94. Mathildam gubernandam suscipit p. 7 quam ejus curam gesserit? p. 105. fit Legatus Pontificus p. 7. & 82. capto Cardinale collega liber esse non vult. ibid. ejus prudentia. p. 14. Schismaticos multos convertit. p. 15. pertinaces abhorret. ibid. Henricum, & Philippum monet gravia. ibid. benefi ciorum ejus vis. p. 16 sic Legatus Lombardiæ. p. 17. & Vicarius Pontificis. p. 82. ejus integritas, & sapientia. p. 17. respuit munera. ibid. ejus de repetundis apophtegma. ibid. quos scripserit libros? p. 18 87. 89. & 141. abstinentia. p. 18. somni parcitas. p. 19. pietas ibid. legendi studium. ibid. assidua contemplatio. p. 20. venerator erga Ecclesiasticos. ibid. Ecclesiæ ritus observantia. p. 21. & 90. miracula. p. 22. & seqq. & pag. 27. & seqq. Sacrum quotidie facit. p. 23. cordium secreta cognovit. ibid. Visionibus

Digitized by Google

INDEX.

Ius cælestibus affuetus. p. 24. eius mortis circumstantiæ ibid. infirmus ipse alios tactu sanat p. 25. inter Monachos cupit tumulari. ibid. sed sepelitur in cathedrali Mantuana. p. 26. eius funus solemne ibid. Vbi, & quando mortuus? ibid. Cuius ipse? p. 51. à quo factus Episcopus? p. 56. & quando? p 60. an fuerit Cardinalis p. 56. an ante fuscepta Episcopatum Monachus? p. 64. eius manfuetudo. ibid. fuit Collector Cameræ Apostolicæ. p. 76. quantus in eo ferueat spiritus? p. 19. & 90. discretio. p. 20. & 90. pauperias. p. 24. & 91. mors quam importuna? p. 93. Sanctus Pontificatu dignus. ibid. eius corpus integrum translatum. ibid. Ecclesiastico ritu patronum eum coluit Mantuani. p. 94. quinam eius miracula scripserint? ibid. eius ad Vvibertum epistola. p. 96. Liber Apologeticus. p. 107. Meditatio in Orationem Dominicam. p. 143. ad à in Salutationem Angelicam. p. 153. alia super *Salue Regina*. pag. 159. rythmus de gestis Domini. p. 169. rythmus secundus de eisdem. p. 185.

Apocrypha quis caute legenda decreuit? p. 21. & 91.

S. Augustini pauperias. p. 91.

B

BElla Christianis licita, pag. 101.

Beneficia Ecclesiastica conferre quis debeat? p. 97. & 107. & seqq. vide verbo *Dignitates*.

Bonizo Sutrinus Episcopus, & Martyr. p. 16. & 21.

Boues, oues, & columbæ quod in scripturis deuoreni? p. 151. quinam eas vendere dicantur? ibid.

Brixnora Vvibertus Antipapa ij electus, & qualis ille locus? p. 13. & 84.

C

CAdalous Parmensis Antipapa. p. 13. & 84.

Coelum, in quo Pater nester, quod? p. 144.

Canones de electione Episcoporum. p. 111. alij de Simonia. 122. & 59.

Canones Apostolorum quantæ authoritatis? p. 108.

Canonicis Lucensibus vitam communem præcipit Leo IX. p. 5. & 66. eam introducere nituntur Anselmus p. 9. & Mathilda. ibid. & Gregorius VII. p. 5. & 69. & seqq. Anselmum cuitate pellunt. p. 6. fenel, & iterum damnantur. p. 5. in Mathildam conspirant. p. 6. an omnes fuerint in culpa? p. 74.

Canusij oppidum. p. 81.

Christi Domini gesta, & passio rythmicè explicata. p. 169. & seqq. & p. 185. & seqq.

Chronicon Anastasij Biblioth. qui primum scripserint? p. 109.

Digitized by Google

INDEX.

Clericorum ambitio causa Schismatum, Simoniæ, & aliorum malorum. p.108. & 119.

Columbæ, oues, & boues quid in scripturis, & quinam eas vendere dicantur? p.131.

Compulsio iusta, vide verbo *Persecutio*.

Concilium Genesinum. p.6. & 72.

Constitutiones Pontificum an reuocari quandoque debeant? p.116. & seq. ab hæreticis aliquando corruptæ. p.118.

Consuetudinum contrariarum vera patrauitas? p.118.

Crescentij castellum Romæ quod? p.13. & 87.

Curiositas quam periculosa? p.96.

D

Decimæ integrè soluendæ, & quomodo dispensandæ? p.138. & seqq.

Dei in peccatores dignatio. p.149.

Dignitates Ecclesiasticas conferre, cuius? p.97. & 107. & seqq. quæ in ea re Principes fecisti? p.113.

Diœceses, & parœciæ veteres conformandæ. p.133. & seqq.

Discretio, auriga & mater virtutum. p.20. & 90.

Diuitias & voluptates quærere, ferue Dei ignominiosum. p.143.

E

Ecclesiæ solus sacrificium Deo acceptum. p.105. extra illam nulla salus. ibid.

Ecclesiarum dispositio ad quem spectet? p.107. 117. & seqq.

Ecclesiastica possessa à bonis Principibus intacta, & reducta. p.109. ab hæreticis primum fecularibus vsurpata. p.109.

Electio Episcoporum canonica, quæ? p.111.

Episcopi cum Principibus in Gregorium VII. conspirant. p. 7.

Error, cui non resistitur, approbatur. p.105.

Eucharistiam sumere quis dignus? p.147. quanta sacramenti dignitas? ibid. & seq. quam tremendum consumtum? p. 149.

Exules cur in hac vita dicantur? p.164.

F

Filij Eue quomodo simus? p.164.

S. Francisci ardens amor in Deum. p.90. discretionem vocat aurigam virtutum. ibid.

G

Geardus Episcopus Ostien. Anselmi collega, capitur. p.11.

Gregorius VII. Anselmum Episcopum consecrat. p.1. laudatur. ibid. & p.61. Canonicos Lucenses reformare conatur. p.3. 69. & seqq. sed non assequitur. ibid. Episcoporum, & Principum rebellionem sul-

Digitized by Google

INDEX.

tinet. p.7. defenditur per Mathildam. ibid. eam Anſelmo regendam tradit. ibid. Henricum Imp. ſæpius monet paternè. p.9. & Agnetem ipſius matrem ad eum legat. ibid. Eum excommunicat, & imperio priuat. ibid. agit de alio ſubrogando. p.10. ab eo viciſſim proſcribitur. p.9. & 78. & Romæ anguſtiatur. p.15. ſed per Ducem Apuliæ liberatur. ibid. & p.87. Salernum pergit, & moritur. p.16. miraculis fulget. ibid. & p.88. moriens mitram Anſelmo miſit. p.21. quando creatus Pontifex? p.59. quantopere reſtiterit electioni ſuæ? ibid. diuinis reuelationibus aſſuetus. p.61. quos olim habuerit Magiſtros? p.80.

H

HÆreſis Henrici, & ſuorum Schiſmaticorum quæ? p.58. & 107.
Hæreticus quis dicendus. p.126.
Heberardus Henrici in Italiam legatus malus. p.9. & 79.
Henrici IV. Imperatoris adoleſcentia, & peſſimi mores. p.8. & 84. monitis Pontificijs fit peior. p.9. Pontificem Gregorium proſcribit. p.9. & 78. excommunicatur, & priuatur imperio. p.9. & 73. & 79. promittit emendationem, & abſoluitur. p.11. ſed non ſeruat promiſſum. ibid. Legatum in Italiam contra Gregorium mittit. p.9. Antipapam conſtituit Vvibertum. p.12. denuò excommunicatur. p.14. res Eccleſiaſticas in milites diſpertit. ibid. exercitum in Mathildam ducit. ibid. Romam inuadit. p.15. Lombardos in Mathildam concitat. p.16. Eccleſiæ dignitates indignis vendebat. p.8. & 76. earumque diſpoſitionem ſibi vſurpabat. p.57. & 59. quando nuncupatus Imperator? p.56. quotus inter Henricos? ibid. inſidiatur Gregorio. p.67. ipſius in hunc temeritas. p.78. ad magnas anguſtias redactus. p.81. eius Schiſma quàm audax? p.82. & ſeq. quoties excommunicatus. p.83. furit in Mathildam. pag.86.
Hodie quid in oratione Dominica? p.148.
Honores quærere, dedecus ſeruo Dei. p.143.
Hugo Candidus ex Cardinale ſceleratus. p.13. à iuuentute malus. ibid. & pag.84.

I

IGnominia ſeruo Dei, honores & voluptates quærere. p.143.
Ignorantiæ humanæ deploratio. p.186.
Inueſtituram ab Imperatore non vult Anſelmus. p.2. & 57. deinde accipit, ſed eum pœnitet. p.3. 61. & 63.

L

LEctioni addictus Anſelmus. pag.19.
Libros, quos ſcripſerit? vide verbo *Anſelmus*.

Man-

Digitized by Google

INDEX.

M

MAnſuetudo quàm neceſſaria prælatis . pag.64.
Mariam ſalutare poſſe, magnum beneficium . p.153. quanta id reuerentia, & deuotione faciendum? p.154. ipſius in nos beneficia . p.155.& ſeq. nominis interpretatio . p.156. qui eius patrocinio gaudeant? p.157. quomodo *Regina, Vita, Mater miſericordiæ*? p. 160. cur bis ei dicatur *Salue*. ibid. ad eam cur clamamus . p.163. quomodo ad eam ſuſpiramus . p.165. quàm vtilis Aduocata . p.166. nihil Patriarchis aut Prophetis niſi per ipſam conceſſum . p.162.
Mathilda Comitiſſa Anſelmum ad reformandum Canonicos iuuat . p. 4. ipſius directioni committitur . p.7. & 75. ſola ex Principibus reſiſtit Henrico Imperatori . p.14. laudatur . p.65. & 74. quanta eius potentia . p.8. Henrici partiarios vincit . p.16. & 88. eius monumentum in Vaticano . pag.65.
Meditatio in orationem Dominicam . p.143. alia in Chriſti vitam, & paſſionem. p.169. & alia . p.185. alia in Salutationem Angelicam. p.153. alia in *Salue Regina* . pag.159.
Mentis bonæ & malæ differentia . pag.96.
Miſericordia iniuſta quæ? p.102.
Mitrâ Gregorij VII. patrantur miracula . p.22.

N

NOmen *Patris* quomodo ſanctificatur in nobis . p.144.

O

OFfenſæ libenter dimittendæ . p.150.
Orationis Dominicæ expoſitio . p.143. & ſeqq.
Ordines ſacri quibus, & qualiter conferendi? p.134. & ſeqq.
Oues, boues, & columbæ quid ſignificent moraliter? p.131.

P

PAræciæ veteres conſeruandæ . p.138. & ſeqq.
Patriarchæ & Prophetæ nihil, niſi per Mariam acceperunt . p.162.
Patriarchalium Sedium ſola Romana fidem inuiolatam ſeruat . p.122.
Perſecutio vera, quæ? & quæ ſit iuſta compulſio? p.100. & ſeqq.
Petrus Subdiaconus præcipuus perſecutor Anſelmi. p.6. ipſius Epiſcopatum per Antipapam vſurpat, ibid. eius miracula offuſcare nititur. p.44.
Petrus Igneus Cardinalis qualis? p.73. mittitur Legatus in Germaniam . pag. 86.
Pontifices an Prædeceſſorum conſtitutiones quandoque reuocare debeant? p.116. & ſeqq.
Præl ati ſæcularium poteſtate conſtituti, deſtituendi . p.112. & 120.

Prin-

Digitized by Google

INDEX.

Principibus ſæculi nullum ius in eccleſias. p 97. 107. & ſeqq. eorum conſtituta contra Canones non valent. p. 119. in Greg. VII. conſpirant. p. 7

R

REdditus Eccleſiaſtici quomodo canonicè diſpenſandi? p. 136. & ſeqq.
Regnum Patris cæleſtis quomodo nobis adueniat? p 144. & ſeqq.
Reuerenter in Templis conuerſandum. p. 129. & ſeqq. & in alijs etiam locis. p. 132.
Robertus Calabriæ Dux Gregorium VII. ab obſidione liberat. p. 15.
Rodulphus Dux Sueuiæ fit Imperator & moritur. p. 12. & 82.

S

Saluo cur ad Mariam repetatur. p. 162.
Schiſmatum cauſa, quæ? p. 108. & 119. quot fuerunt ante Henricum quartum. p. 82. ipſius omnium peſſimum. ibid. Schiſmaticus quis dicendus? p. 126. comprehendi debet. p. 127. ſed priùs miniùs monendus. p. 128.
Schiſmaticè intruſorum nullum ius in Eccleſias. p. 98. nulla iuriſdictio. pag. 99.
Simonia Canonibus ſeuerè condemnatur. p. 122. quantum ſcelus ſit. ibidem. Cur à Deo continuo permiſſa. p. 126. eſt prima, & præcipua hæreſis. ibid. & ſeqq. vnde oritur? p. 108. & 119.
Suſpirandum ad Mariam quomodo? p. 165.

T

TEmplorum reuerentia. p. 129. & ſeqq.
Tentatio ad quid vtilis? p. 130.

V

Venia apud Monachos quid ſint? p. 90.
Veritatem non defendere quantum crimen. p. 105.
Veſtes ſacræ reuerenter habendæ. 134.
Victoria Mathildæ de Henricianis. p. 16. & 88.
Vita S. Anſelmi hic edita, vnde accepta? p. 53. quis eius author? p. 54.
Vita communis Canonicis Lucenſibus indicta. p. 5. & 66.
Voluntas Patris quomodo fiat in nobis? p. 144. & ſeq.
Vrbanus VIII. monumentum effigit Mathildæ in Vaticano. p. 60.
Vvibertus creatur Antipapa. p. 12. eius in Gregorium iniquitas, & huius in illum humanitas. ibid. ipſius & ſequacium hæreſis, quæ? p. 58. an Gregorium perfidia. p. 12. & 83.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Errata	*Corrige.*
PAgina 13. lin. 2. Carolum	Cadaloum
p 18. lin. penult ſcribit ſicut	ſicut ſcribit
pag. 21. lin. 3. diuinos	diuino
pag. 67 lin. 29. Reginam	Rheginam
pag. 74. lin. 16. exulentium	exulantium
pag. 87. lin. 19. Romanorum	ſor. Normannorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google